Ἀποθηλύνω. μ. υνῶ. effœmino. Accuſ.

Ἀποθησαυρίζω. repono, recondo, in theſaurum repono.

Ἀπόθικτος. ου. ὁ. non concupitus.

Ἀποθλίβω. affligo, reprimo.

Ἀπόθλιμμα. ατος. τὸ. expreſsio, id quod exprimitur ex herbis, aut ſimilibus rebus.

Ἀποθνήσκω. morior, emorior. Ἀποθανὼν ὑπὸ παιδὸς, interẽptus à filio, uel opa filij neci datus. Ammõ. ἀπέθανε diſtinguit à τέθνηκε (κε.

Ἀποθορέω. diſsilio, diſcurro.

Ἀποθρασύνεσθαι. audere.

Ἀπόθραυσις. εως. ἡ. refractio.

Ἀποθραύω. refringo.

Ἀπόθρεπτος. uitandus, φευκτός.

Ἀποθριάζω. μ. άσω. π. ακα. folia fici decerpo, auſero, uello. Ariſto. Acharn. τίς τῶν ὀδοντων μάντων τὸ πέος ἀποθριάσας.

Ἀπόθριξ. impubes.

Ἀποθρηνέω. defleo, lugeo.

Ἀποθρύπτω.μ.ψω.π.φα.*frangor delicijs.*

Ἀποθρώσκω.*exilio,deſilio.*

Ἀποθύνω,*non conſequor,fruſtror.*

Ἀποθυνίζω.*repudio, decipio, expungo. Lucian.*ἅτ᾽ ἁμὰ οὗτος ὑμῖν ἀποτηθύνισαι.

Ἀποθυρόω,*excludo,*ἀποκλείω.

Ἀποθύω.*polluceo,hoc eſt,ſacrificijs celebrãdis abſumo. Xenoph.* δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέθυσαν.*Bud.Com.*

Ἀποίζειν.*exibilare,illudere.*

Ἀποικέω.μ.ήσω.*extrà & de longe habito. Neutrum.*

Ἀποίκησις.ιος.*migratio.*

Ἀποικία.ας.ἡ.*colonia.Bud.in Annot.*

Ἀποικίζω.μ.ίσω.π.ικα.*coloniam deduco,habitationem disiungo.*

Ἀποικοδομέω.μ.ήσω.π.κκα. *deuaſto, demolior,diruo.*

Ἄποικος.ου.ὁ.*colonus.*

Ἀποιμώζω.*defleo.*

Ἀποινᾷν.*redimere,*ἀπολυτροῦν.

Ἄποινον.ου.*precium redemptionis, liberatio pœnæ. Quicquid pro libertate ac capite alterius ſoluebatur, hoc nomine appellabant. Veteres quoque pecuniam ſic uocabant. unde uerbum* ἀποινᾶσθαι,*pro pecuniam exigere.*

Ἄποιος.ου.ὁ.*uacuus qualitate.*

Ἀποίσω.*auferam.*

Ἀποίχομαι.*tranſeo,prætereo.*

Ἀποκαθαίρειν. *luſtrare & expiare. Bud. Cõ.*

Ἀποκάθαρμα.τος.τὸ.*expurgamentum.*

Ἀποκαθαρτικός.*habens uim purgandi.*

Ἀποκαθεύδω.*ſeorſim dormio.*

Ἀποκαθηλόω.μ.ώσω.π.ωκα.*refigo.Act.accuſ.*

Ἀποκαθήλωσις.ιος.ἡ.*refixio.*

Ἀποκαθημένη.*mulier menſtruata.*

Ἀποκαθίστημι.μ.ήσω.π.κκα. *reſtituo, recreo, emendo.Accuſ.*

Ἀποκαίνυμι.*uinco,*ἀπὸ τοῦ καίνω,τὸ φονεύω,ἢ παρὰ τὸ ἄνυμι τὸ λαμβάνω. ἄνυνται γὰρ ἢ λαμβάνουσιν ἆθλον οἱ νικῶντες.

Ἀποκακήσαντες.*ſecuri,ocioſi,negligentes.*

Ἀποκαλέω.μ.έσω.π.κέκληκα. *reuoco, denomino,accuſo.*

Ἀποκαλύπτω.μ.ψω.π.φα.*reuelo. Accu.*

Ἀποκάλυψις.ιος.ἡ.*reuelatio.*

Ἀποκάμνω.*defatigor.*

Ἀποκάμπτω.μ.ψω.π.φα.*reuertor,uexo.*

Ἀποκάπνισμος.ου.ὁ.*inſinuatio.*

Ἀποκαραδοκέω.μ.ήσω.π.κκα.*ſpeculor,expecto. Accuſ.*

Ἀποκαραδοκία. ας.ἡ. *ſpeculatio, expectatio uehemens & anxia, cum ex corde quippiam expectatur.*

Ἀποκαρθίρησις.ἡ,*irriſio, figura Quintil.*

Ἀποκαρτερέω.μ.ήσω.π.κκα. *laqueo aut inedia mihi mortem conſciſco, ut ait Suid.* Διακαρτερῶντες ἑαυτοὺς *dicuntur ſeſe tollerantes,id eſt ſeſe quoquomodo ſuſtentantes, modice ac parce uiuentes, quod qui facere non ſuſtinent,* ἀποκαρτερεῖν *dicuntur,& inedia uitam finire.*

Ἀποκαταβαίνω.μ.ήσομαι.*deſcendo, contẽno.*

Ἀποκαταλλάσσω.μ.ξω. *ad concordiã & contuberniũ adduco, amicos cõcilio & paro. Item diremptam gratiã & ſolutã ſartio, amicitiam reduco.Bud.Com.*

Ἀποκατάστασις.ιος.ἡ. *reſtitutio, id eſt inſtauratio rerum in priſtinum ſtatum.*

Ἀποκαυλίζω.*decurto.*

Ἀπόκαυλις. ιος. ἡ.*et* ἀποκαύλισις. *extirpatio de cardine uel caule, reuulſio, decurtatio.*

Ἀποκάω.μ.καύσω.π.κα.*deuro,comburo.*

Ἀποκέκλαντες.*declinantes,*ἀποκλίναντες.

Ἀπόκειμαι.*reſideo, accido, immineo, depoſitus ſum.*

Ἀποκείμενος.*repoſitus,reconditus.*

Ἀποκείρω.μ.κερῶ.π.κα.*detondeo. Act.accuſ.*

Ἀποκεντίσαι.*excoriare,euellere.*

Ἀποκέλλω.*nauem applico.*

Ἀποκεφάλισμα.ατος.τὸ.*purgatio capitis.*

Ἀποκεφαλεῖν.*decollare, amputare caput.*

Ἀποκηδέω.μ.ήσω.π.κκα.*negligo.Act.accuſ.*

Ἀποκήλω.*inſequor,*ἀποδιώκω.

Ἀποκήρυκτος.ου.ὁ.*abdicatus,exhæres.*

Ἀποκήρυξις.ιος.ἡ. *abdicatio, exhæreditatio.*

Ἀποκηρύττω.μ. ξω. π. υχα.*reuelo, abdico. Actiu.accuſ.* Ἀποκηρύττω τὰ πατρῷα,*auctionem bonorum facio, auctionor. Budæus Commentarijs & in Annot.*

Ἀποκιασμός.οῦ.ὁ.*obumbratio.*

Ἀποκυλίνδω.deuoluo.

Ἀποκινδυνεύειν.periclitari,experiri periculum,periculum ſubire.

Ἀποκινέω.remoueo.

Ἀπόκινος. ὁ. fuga,deceſſus, genus laſciuæ ſaltationis.

Ἀποκισσόω. hederaſcere, in hederā trāſire.

Ἀποκλαίω.μ.αύσω.π.αυκα. deploro. Actiu. accuſ.iungitur.

Ἀποκλείομαι.excludor.

Ἀποκλειόμενος.ου.ὁ.obſtructus.

Ἀποκλείσαντες, φυλακίσαντες.

Ἀπόκλεισμα.ατος.τὸ.φυλακὴ, cuſtodia.

Ἀποκλείω.μ.είσω.excludo, claudo,obſero. Accuſatiuo.

Ἀποκληροῦν.allegere,ſorte diſtribuere,in decurias contribuere,exhæredare.

Ἀπόκληρος.ſine ſorte,exhæres.

Ἀποκλήρωσις. eſt attributio munerum ſigillatim unicuique facta, uiceſq; fungendi officij attributæ: uacationes uulgo uocant.Budæus Commentarijs.

Ἀπόκλητος.ου.ὁ.uocatus.

Ἀποκλίνω.μ.ινῶ.π.ικα.declino.Accuſ.

Ἀπόκλισις.ιος.ἡ.declinatio.

Ἀποκλύω.eluo,expurgo.

Ἀπόκλυμα.excuſatio.

Ἀποκναίω.afficio mœrore,occido, infero dolorem,turbo.

Ἀπόκναισις.ιος.ἡ.λύπη.mœror.

Ἀποκνέω.μ.ήσω.π.ηκα. pigreſco.

Ἀπόκνησις.ιος.ἡ.pigritia.

Ἀποκνίζω.uellico,amputo.

Ἀποκοιμάομαι,μ.ήσομαι.π.ημαι.dormio.Depon.abſol.

Ἀπόκοιτος.ου.ὁ.adulter,ſeorſum cubans. Lucian.μηδέποτε ἀπόκοιτός μοι γενόμενος,ἀφ' οὗ γυναικὶ ὁμιλεῖν ἤρξατο.Verba ſunt meretricis de ſuo amaſio.

Ἀποκοιτῶ. ſecubo, nocte abſum. Demoſthenes περὶ στεφ. μήτε ἀρχαιρεσιάσοντας, μήτε ἀποκοιτοῦντας.

Ἀποκολάπτω.μ.ψω.π.αφα.priuo,expello nocendo.Accuſ.

Ἀποκολυμβάω.elabor natando.

Ἀποκολούω.mutilo,κολοβόω.

Ἀποκοπή.ῆς.ἡ. amputatio. Ἀποκοπὴ τῶν χρεῶν,nouæ tabulæ, quaſi alieni æris deciſiones. Ἀποκοπὴ φωνῆς uocis eſt amiſsio, & extrema raucedo.Bud.Com.

Ἀποκοπιᾶν. deficere in explorādis ueſtigijs.

Ἀπόκοπος.ου.ὁ.exectus,imbecillis.

Ἀποκόπτω.μ.όψω.π.οφα.amputo,repello, abiungo,ſeparo. Item præcido cunctationem,& haſitationem tollo. Accuſ.

Ἄποκος.intonſus.

Ἀποκοσμέω.μ.ήσω.π.ηκα.ſpolio.Accuſ.

Ἀποκορσωσάμενος.tonſus, ἀποκαρσάμενος. κόρσαι enim capilli dicuntur Aeſchylo.

Ἀποκοτταβίζειν. quod à potu in poculo uini relictum eſt effundere,ut ſonitum edat.

Ἀποκραιπαλάω.expergiſcor à crapula, & deſiſto crapulari.

Ἀποκρατέω.cohibeo.

Ἀποκρεμάζω.ſuſpendo.

Ἀπόκρεως.ω.ὁ.carniſpriuium.

Ἀπόκρημνος.ου.ὁ,ἡ.præruptus.

Ἀποκριθαόω.incerno,excerno,ſicut ἀποκρίνω.

Ἀπόκριμα.reprobatio,ſententia.

Ἀποκρίνομαι.μ.οῦμαι. reſpondeo, ſeparor. Item pro decumbere, ἀπερείδεσθαι, κατασκῆψαι,Thucyd. Dicitur & de ijs,quæ à concretione reſoluuntur. Philo de interitu mundi, ἀποκριθήσονται δὲ τὰ πάντα εἰς μίαν οὐσίαν τὴν πυρός.Bud.Com.

Ἀποκρίνω. ῶ. reprobo, reijcio, ἀποδοκιμάζω. Item ſeparo,ſecerno,eximo,Theophraſtus. Item quod confuſum eſt, ſecerno & abſtraho,Platoni & Ariſtot. Item ſeligo,deligo,ἐκκρίνω, Pauſan. Item incerno,ſiue emundo,excerno,hoc eſt purgamenta corporis emitto,Galeno. Aliquando pro conſtituo. Ariſtoteles libro 6. de Hiſtor. anim.ὀλίγον δὲ ὕστερον καὶ τὸ σῶμα ἤδη ἀποκρίνεται, Paulo poſt & corpus conſtituitur.Budæus Commentarijs.

Ἀπόκρισις.ιος.ἡ.deceſsio,excretio,ſeparatio,ſeceſſus,egeſtio,reſponſum.

Ἀποκριτικὸς δύναμις. uis excernendi, excrementaq; expellendi.

Ἀπόκριτος.ſelectus,ἔκκριτος. Sic dicūtur,quæ deo dedicata ſunt, ut eximia, & ἐξαίρετα.

Ἀποκρόσσας.ſcalatim.

Ἀπόκροτος.ε.ὁ,ἡ.durus,aſper,rigidus.

Ἀπόκρουσις.εως.ἡ.occaſus.

Ἀποκρούομαι.refello,refuto,reijcio.

Ἀποκρούω.μ.ούσω.π.ουκα.expello. Accuſ.

Ἀποκρύπτω.μ.ύψω.π.υφα.καὶ ἀποκρύπτομαι.cello,condo,abſcondo. Accuſ. Lucian.ἐπεὶ δὲ ἀποκρύψαμεν αὐτούς,Vbi uerò è conſpectu eorum euaſimus,euolauimus.

Ἀπόκρυφος.ε.ὁ,ἡ.occultus,arcanus.

Ἀποκτᾶσθαι.amittere,ἀποβάλλεσθαι.

Ἀποκτάννυμι.καὶ

Ἀποκτείνω.καὶ

Ἀποκτέω.μ.τενῶ.π.ακα.καὶ

Ἀποκτίννυμι.occido. Actiu.accuſ.

Ἀπόκτισις.εως.ἡ.colonia.

Ἀποκυήσασα.ης.ἡ.abortiuū faciens,Plutar.

Ἀποκύησις.εως.ἡ.puerperiū,æditus partus.

Ἀποκυΐσκω.ſatifico.Bud.Com.

Ἀποκυλίζω.καὶ

Ἀποκυλίω.μ.ίσω.π.ικα.reuoluo.Act. accuſ.

Ἀπόκυνον.Romani braſsicam ruſticam aut caninam uocant.

Ἀποκυπαρῶσαι.ἀποκτεῖναι,occidere.

Ἀποκυνιάζειν.fugitiuum eſſe à domino.

Ἀποκυρόω.μ.ώσω.π.ωκα.abrogo. Act.accuſ.

Ἀποκωλύω.prohibeo.Actiu. accuſ.

Ἀπολαβεῖν.τὰ ἐνέχυρα.recuperare pignora.

Ἀπολαγχάνοντες dicuntur, quibus ſors non obtigit,qui ſpe ſortis exciderunt, quaſiq́ repulſam paſsi ſunt.

Ἀπολαγχάνω.non ſortior.

Ἀπολάκκισμα.ῥάπισμα,ἀπὸ τῆς ψοφεῖν,ictus flagelli,colaphus.

Ἀπολακτίζω.μ.ίσω.π.ικα.calcitro, reſilio.

Ἀπολαμβάνω.μ.λήψομαι.π.ηφα.ἀόρ.β.ἀπέλαβον. recipio, recupero, par pari refero. Item capio, deprehendo, intercludo, intercipio, cohibeo, cogo, concludo, Xenoph.& Ioſeph. ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους ἐν κοίλῳ χωρίῳ.

Ἀπολάμπω. effulgeo. Dionyſ. πῦρ ἀπέλαμψεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς.

Ἀπόλαυσις.εως.ἡ.fruitio.

Ἀπόλαυσμα.τὸ.oblectamentum.

Ἀπολαυστὰ.τὰ. ad edendum idonea.

Ἀπολαυστικόν.ϐ.τὸ.quo fruimur.

Ἀπολαυστικός.ϐ.ὁ.uolupluoſus.

Ἀπολαύω. μ. αύσω. π. αυκα. fruor, delicior, capio fructum uel commodum. Plutarchus in Antonio. Ἀπέλαυον δὲ καὶ τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι, Fructum etiam ex eius ambitione capiebant hoſtes. Aliquando pro incommodum capio. Iſocrat.περὶ τῆς ἀφλεώς,αὐτὸς ἀπολαύω τὸ φλαῦρον.Genit.iungitur & accuſ.

Ἀπολαχίζω.diuido.

Ἀπολάψεις,& ἀπολείψεις. uorabis,linges, diripies canū in morem. Ariſtophanicum eſt.

Ἀπολάω.lapido,ἀπολιθόω.

Ἀπολεαίνω.μ.ανῶ.declino. Accuſ.

Ἀπολέγομαι.μ.ξομαι.π.γμαι. ſum deſeſſus dicendo. Item repudio,repello,nō accipio, detrecto,non poſco,non admitto,Polybio, & Plutarcho in Catone, Solone, & Lucullo. Item ſuccumbo,cedo,do manus. Plut.in Lycurgo.Ἀπολέγομαι τὴν ψυχὴν, deſpondeo animum.Bud.Com.

Ἀπολέγω. annuncio, manifeſte dico, prodo, effero, probo, declaro, ἀποφαίνω, ἀποδεικνύω,Philoni de Mundo. Item deligo. unde ἀπειλεγμένοι & ἀπόλεκτοι, delecti, eximij,ſelecti. Item decerpo, Theophraſto. Item interdico, ueto. Et ἀπολέγω δικαστὴν,recuſo, reijcio iudicem. ut iniquum. Budæus Commentarijs.

Ἀπολείβω.diſtillo.

Ἀπολείπομαι. μ. είψομαι. π. ειμμαι. deficio, relinquor,defraudor apud Lucia. in Icaromenippo. Itē abſum, diſcedo, Xenoph. Itē ignarus ſum, hoc me latet, Lyſ. Item nō diſco,imperitus ſum,non aſſequor, Iſocr. Item inter abiectos & uileis exiſtimor, apud eundem Bud.Com.

Ἀπολειπόμενος πόνου. abhorrens laborem.

Ἀπολείπω.μ.είψω.π.ειφα.repudio. Itē abſum. Iſocr. Καὶ πολλάκις δι᾽ αὐτὰ παθόντες, ἀπέλειπον τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν.ἀντὶ τοῦ παρ᾽ ὀλίγον ἦλθον περιπεσεῖν. Aliquādo relinquo,hoc eſt præcedo,anteuerto,excello,præſto.Iſocr. Ἀπολείπει μοι τοῦτο.Hoc mihi deficit.Bud.Com.

Ἀπολειφθεὶς. ſeparatus, relictus, qui alios aſſe qui non poteſt.

Ἀπόλειψις. ιος. ἡ. defectio, diuortium.

Ἀπόλεκτος. ου. ὁ, ἡ. electus, eximius, ἐκ πλειόνων ἐξειλεγμένος. Item piſcium genus, quos ſynotontidas uocant, de quo Hermol. in Plin.

Ἀπολελαμμέναι. cõmunes, κοιναὶ, quaſi in populũ diſtributæ uulgatæq́ʒ, Hippocrati.

Ἀπολελοιπότες, pro νενικηκότες, apud Iſocr. translatum à curſoribus, qui cum uincunt, uictos poſt ſe relinquunt.

Ἀπολέμητος. ου. ὁ. ſine bello.

Ἀπόλεμος. ου. ὁ. expers belli, nõ laceſſitus bello, ignarus rei bellicæ, ἀπειροπόλεμος.

Ἀπολέμως. inerter.

Ἀπολεπίζω. detraho corticem.

Ἀπολέσθαι. mori.

Ἀπολέω. μ. έσω. π. ἀπώλεκα, et Atticè ἀπολώλεκα. Vel ἀπόλλω, ἀπολῶ, ἀπῶλα, et Atticè ἀπόλωλα, ſignificat τὸ ἀπολλύω, de quo mox.

Ἀπολήγω. deſino, παύομαι.

Ἀπολιβάξεις. recedes. Ariſtoph. οὐκ ἀπολιβάξεις ὅτι μ' ὦ κάκιστ' ἀπολούμενοι. Sumpta Metaphora à guttis celerrime decidentibus.

Ἀπολιγαίνειν. clamare, tumultuari.

Ἀπολιθοῦσθαι. in lapidem rigo. Strab.

Ἀπολιτικός. οῦ. ὁ. ciuilis gubernationis expers.

Ἀπολιμπάνονται, abſunt, inferiores ſunt certamine, & à prætereunte relinquuntur. Budæus Commentarijs.

Ἀπολιμπάνω. μ. ανῶ. relinquo. Actiu. accuſ.

Ἀπόλιον. mirabile.

Ἄπολις. ιδος. ὁ, ἡ. extorris.

Ἀπολισθαίνω. defluo, delabor.

Ἀπολιταργέω. μ. ήσω. π. ηκα. καὶ

Ἀπολιταργίζω. aufugio, celeriter abeo, ἀποδραμεῖν. λιταργισμὸς enim ſaltationes uocant. uel quoniam λίτη ianuam ſignificat, & ἀργὸς celer. Ariſtophanicum eſt.

Ἀπολίτευτος. ου. ὁ. nequaquam ciuilis, inadminiſtratus.

Ἀπολίτης, pro ἄπολις apud Theopomp.

Ἀπολιχμάω. ſugo, ἀπολείχω, lingo.

Ἀπολλά. ἅτινα, πολλά.

Ἀπολλύω. μ. ύσω. π. υκα. καὶ

Ἀπόλλυμι. pereo, perdo, deſtruo.

Ἀπόλλων. ωνος. ὁ. Apollo.

Ἀπολλωνίας, laurus, δάφνη.

Ἀπολλώνιον. ου. τὸ. templum Apollinis.

Ἀπόλλωνος. ciuitas Aegypti ad Aethiopas.

Ἀπολλωνοπολίτης. nomen gentile.

Ἀπολλῶς. τοῦ ῶ. Apollo uiri nomen.

Ἀπολογέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. καὶ

Ἀπολογέω. defendo, reſpondeo, excuſo, cauſam dico. Ἀπολογοῦμαι δεδεμένος, è uinculis cauſam dico. Bud. Com.

Ἀπολόγημα. ατος. τό. excuſatio.

Ἀπολογία. ας. ἡ. defenſio, excuſatio.

Ἀπολογίζομαι. ἀποκαθαίρομαι, perpurgor, ἀποδίδωμι λόγον τῶν δαπανημάτων.

Ἀπολογισμός. οῦ. ὁ. enumeratio, ἀπολογία.

Ἀπολογούμενοι. οἱ. defenſores.

Ἀπολὸς. immobilis, grauis.

Ἀπολοφύρεσθαι. deplorare.

Ἀπολυμαίνομαι. purgor. Λύματα enim τὰ καθάρσια.

Ἀπολυμαντήρ. ῆρος. ὁ. corruptor.

Ἀπολύομαι. abſoluor, hoc eſt ἀποφεύγω, Thucyd. Item refuto crimina, & diluo, ἀπολυμαίνομαι, ἀπολυτρόω, Plutarcho in Anto. Τοῦ ἐγκλήματος ἀπολύεσθαι, eſt à crimine abſolui. Ἀπολύεσθαι τὴν ὑπόνοιαν, ſuſpicionem & crimen diluere. Item diſcedo, proficiſcor, Polyb.

Ἀπόλυσις. ιος. ἡ. abſolutio.

Ἀπόλυτος. abſolutus, ἄφετος, ἀποφυγών.

Ἀπολυτρόω. μ. ώσω. π. ωκα. redimo pecunia.

Ἀπολύτρωσις. ιος. ἡ. redemptio, ἀποφυγὴ, ἀπόλυσις.

Ἀπολύω. μ. ύσω. π. υκα. eſt dimittere à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrioq́ʒ, ut cum dicimus. Dimiſit exercitum inſtructum. Dimittitur concio, uel ſenatus, cum unicuique poteſtas ſit, quò uelit, abeundi. Dimitto amicum uolentem proficiſci. Et in malam partem, quemadmodum Cice. de Orat. Dimitto autem eos non tam contumelioſe, quàm philoſophum illum Annibal. Et in Vatin. Sic ſum incitatus, ut cum te non minus contemnerem quàm odiſſem, tamen uexatum potius

potius quàm deſpectũ uellem dimittere. Et ἀπολύειν τὴν γυναῖκα, repudiare, ſiue (ut Sueton.) dimittere uxorem.

Ἀπολύων. abſolutus, cum quis ceſſat à coitu uel adulterari.

Ἀπολώλεκα, Atticè pro ἀπώλεκα. perij, perdidi. ab ἀπολέω, ἀπόλωλα.

Ἀπόλυσεν. inuiſum reddidit.

Ἀπομαγδαλία. ας. ἡ. furfur, in quo poſt cœnã manus purgabant, et canibus proijciebãt.

Ἀπομάγματα. παραθειάματα, ἀπόμακτρα, ἀποκαθάρματα.

Ἀπομάκολον. fructus arbuti, Latinis unedo

Ἀπομακρόθεν. eminus, à longe.

Ἀπομάκτης. ου. ὁ. abſterſor, purgator.

Ἀπομάκτρα. lignũ quo menſuræ deradũtur.

Ἀπομαλακίζομαι. effœminatus ſum, ob molliciem ad rẽ quampiã parũ animatus ſum.

Ἀπόμαμμα. ης. ἡ. abauia.

Ἀπομανθάνω. dediſco. Vide in μανθάνω.

Ἀπόμαξις. ιος. ἡ. abſterſio.

Ἀπομαραίνω. μ. ανῶ. tabefacio, langueſco.

Ἀπομαρτάνω. fruſtor. Vide in ἁμαρτάνω,

Ἀπομαστιγῶσαι. flagris cædere.

Ἀποματαιάσαι. uilipendere, ἐξευτελίσαι.

Ἀποματαΐζει. cohortatus inſolenter.

Ἀπομάττεσθαι. μιμεῖσθαι, ἀποτυποῦν, exprimere, Athenæus.

Ἀπομάττω. μ. ξω. π. αχα. abſtergo, extergo, excipio, ἀναλαμβάνω, imitor figuram rei. Ac.

Ἀπομάχομαι. μ. ἤσομαι. expugno.

Ἀπόμαχος. ὁ. ἐκτὸς πολέμου γεγονὼς, pugnæ expers. Sic uocãtur Aeliano, qui parte corporis debilitati, rei militari inutiles facti ſunt, Cauſarij Latinis. Liui. Tertius exercitus ex cauſarijs ſenioribusq; ſcribatur, qui urbi mœnibusq; præſidio ſint.

Ἀπομαλθακευόμενοι. τούς. placenteis.

Ἀπομερμηρίσαι. obdormire, ἀποδαρθάνειν.

Ἀπομετρέω. ῶ. metior.

Ἀπομηκύνω. produco, protendo.

Ἀπομηνίζω. iram depono. Vel præpoſitione abundante, iraſcor.

Ἀπομιᾶς. ſimiliter.

Ἀπόμισθος. mercede aliquid faciens. Interdum qui non recipit mercedem.

Ἀπομισθόω. μ. ώσω. π. ωκα. loco mercede. Accuſatiuo.

Ἀπομισθώματα. αἱ δημοσίαι οὐσίαι.

Ἀπομνημόνευμα. τό. commemoratio, commẽtarius, regeſtum. Ita Xenophon ἀπομνημονεύματα quendam librum inſcripſit, tanquam dictorum factorumq; Socratis memorabilia.

Ἀπομνημονεύω. commemoro.

Ἀπομνημονίζω. μ. ίσω. π. ικα. καὶ

Ἀπομνησίω. obliuiſcor. Genit.

Ἀπομνύναι. καὶ ἀπόμνυσθαι. ἀποβάλλειν δι᾽ ὅρκων, abiurare & inficiari. Item eiurare magiſtratum & cum iureiurando deponere. Herodia. ἔνθα οἱ ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται, Abdicant ſe magiſtratibus. Plutarch. ἀπομόσασθαι τὴν ἀρχήν.

Ἀπόμοιρα. ας. ἡ. pars, portio.

Ἀπομονωθείς. ένος. ὁ, ἡ. in uitia ſolus relictus.

Ἀπόμπιμοι. dies nefaſti.

Ἀπόμοργμα. τὸ ἐκμαγεῖον, τὸ ἐκσφράγισμα, ſigilli impreſſio. Bud. Commentarijs.

Ἀπομόργνυμι. μ. όρξω. π. ορχα. exprimo, informo. Item abſtergo, quia exprimendo fiunt abſterſiones, Budæus Commentarijs.

Ἀπομόσει. ſtatim, ſine conſideratione.

Ἀπόμυιος. Iouis cognomen. Tradunt enim Herculem in olympia rem diuinam obeuntem, cum muſcarum multitudine infeſtaretur, Ioui ſacrificaſſe ἀπομυίῳ, protinusq; ultra Alpheum eſſe muſcas abactas.

Ἀπομυξίαι. αἱ. ſordities.

Ἀπομυζίζω. ἀποσομίζω.

Ἀπομύττω. μ. ύξω. π. υχα. emungo, decipio, præſtigijs illudo. Accuſ.

Ἀπομωραίνειν. dementare, ſiue fatuũ reddere, ſiue μώρωσιν inducere, quæ accidit cum tã uſus rationis quàm memoria in homine intercipitur.

Ἀπών. abſens, indecens.

Ἄπονα. τά. medicamenta quæ dantur ad leuandum dolorem.

Ἀπόνασο. ὄνασο, fruere, ἀπωναίω.

Ἀποναίω. migro, ſedem muto. Neutrum.

Ἀπόναμαι. adiuuor, utilitatem & delectamẽtum capio, fruor. Genit.

i

Ἀποναρκάω.μ.ήσω.π.κκα.ſtuporē excutio.

Ἀπόνασθαι.frui,ἀπολαῦσαι.

Ἀπονέμω.μ.νεμῶ diſtribuo,adhibeo,tribuo. Herodia.ἑκάστῳ τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἀπονέμων. Idem,μηδὲν ῥαθυμίᾳ,μηδ᾽ ἀναπαύσῃ ἀπονέμων,Nihil loci quieti & deſidiæ relinquens.

Ἀπονενοημένος.arrogans temerarius, inſipiens,uecors,amens,deploratus,profligatus,Demoſth. Et apud Theophra. pro homine flagitioſiſsimo,& nequiſsimo, & contaminatiſſimo.

Ἀπονέομαι.redeo.

Ἀπονεοττεύω.μ.εύσω.π.ευκα.nidum facio,nidifico.

Ἀπονευρόω.neruos abſcindo.

Ἀπονευρώσεις.quibus digiti mouentur, tendines.τόνοι dicuntur Hippocrati.

Ἀπονεύω.μ σω.π.κα.declino.

Ἀπονέω.peruenio,utilitatem capio,deſtruo.

Ἀπονήθη.adiutus eſt,ὠφελήθη.

Ἀπόνηρος.ου.ὁ.indeprauatus.

Ἀπονητί.ſine labore.

Ἀπόνητος.ου.ὁ,ἡ.illaborioſus.

Ἀπονήχομαι.enato.

Ἀπονία.laboris carentia & defectus.

Ἀπονικάω.exupero,uinco.

Ἀπονίνημι.honorem tribuo.

Ἀπόνιμμα.ατος.τὸ.καὶ

Ἀπόνιπτρον.ου.τὸ. malluuium, peluis in qua manus poſt cœnam abluebantur.

Ἀπονίζω.abluo,poſt menſam proprie,quemadmodum τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ αἰτοῦσα,ante menſam,authore Polluce.

Ἀπονοηματίζω.μ.ίσω.π.ικα.molior.

Ἀπόνοια.ας.ἡ.uita flagitioſa & contaminata,uecordia,arrogantia,cōtumacia,faſtidium,ſecordia,deſperatio. Item demigratio,ab ἀπονοέω,id eſt ſedem habitationemq́ muto. Budæus Commentarijs.

Ἀπονομὴ.diſtributio.

Ἄπονος.ου.labore carens,qui nullo dolore cōflictatur.

Ἀπονοστέω.μ.ήσω.π.κκα.redeo. Neutrum abſolut.

Ἀπονοσφίζεσθαι.ſeparari,ἀποχωρίζεσθαι.

Ἀπονούμενος.oblitus,ὁ μνημονεύων.

Ἀπόνυμι.μ.ύσω.π.υκα.adiuuo.Accuſ.

Ἀπονύχεις.ου.ὁ.καὶ

Ἀπόνυμφος.ου.ὁ.qui mulieris commercio nō delectatur,μισογύνης.

Ἀπονυχίζω.extorqueo,aufero.τὰς ὑπερεξούσας τῶν ὀνύχων ἀφαιρέω,καὶ μεταφορικῶς ἀποσφάλλω,ἀποκλάω. Ariſtophan. Equit. ἀπονυχιῶ σου τ᾽ ἀν πρυτανείῳ σιτία.

Ἀπονύχισμα.τὸ.præſegmen unguium.

Ἀπόνως.ſine labore,nullo negotio.

Ἀπόξενος.ου.ὁ,ἡ.inhoſpitalis.

Ἀποξενοῦσθαι eſt ἐν τῇ ξένῃ ἀποδημεῖν.

Ἀποξενόω.μ.ώσω.π.ωκα.facio exulem. Accuſatiuo.

Ἀποξένωσις.eſt peregre agentis,& cui peregrinari contigit.

Ἀποξέω.μ.έσω.π.εκα.leuiter incido,ſcalpo,polio. Accuſ.iungitur.

Ἀποξίνυμι.extinguo.

Ἀποξιφίζειν.ſaltationem quandum agere,ξιφισμὸν dictam.Significat etiā reprobare.

Ἀποξυνίζω.abrado.

Ἀποξυνόω.acidum reddo,Plutarch.

Ἀποξύσματα.ramenta,alias minuta quædam fruſtula inhærentia inteſtinis: quidā ſtrigmenta nominant.

Ἀποξυσμένας.τὰς.incuruatas.

Ἀποξύομαι.diſtringor.

Ἀποξύω.μ.ύσω.π.υκα.detraho polien do Accuſ.

Ἀποπαλαιόω.antiquo,abrogo.

Ἀπόπαππος.ου.ὁ.abauus.

Ἀποπαπταίνω.μ.σω.π.κα.circumſpicio ut fugiam.

Ἀποπάρδω.crepitum uentris emitto.

Ἀποπατέω.μ.ήσω.π.κκα.purgo uentrem.

Ἀποπάτημα.ατος.τὸ.excrementum,merda.

Ἀπόπατος.ου.ὁ.latrina,fimus.

Ἀπόπειρα.ας.ἡ.experientia.

Ἀποπειράομαι.μ.άσομαι.tento.

Ἀποπεμπτος,auerſus,expiatus.

Ἀποπέμπομαι.idem quod ἀποπέμπω,depello,auerto,reijcio,remoueo à me.

Ἀπόπεμπτος,uel ἀπόπεμπτος.ſceleratus & fugiendus propter morum improbitatem.

Ἀποπέμπω. μ. ψω. π. φα. repudio, remitto, amando, ablego. Accuſ.

Ἀποπομψάμενος. ου. ὁ. qui repudiauit.

Ἀπόπεμψις. ιος. ἡ. repudium, remiſsio.

Ἀποπεφασμένως. palam, maniſeſte.

Ἀποπηδάω. μ. ήσω. π. κκα. deſilio.

Ἀποπίμπλημι. μ. ήσω. π. κα. impleo. Accuſ.

Ἀποπίπτω. μ. πεσοῦμαι. delabor, decido.

Ἀποπιστεύω. μ. σω. π. κα. in fidem uenio, fido.

Ἀποπλανάω. ῶ. impono, fraudo, decipio.

Ἀποπλανηθείς. ὁ. qui aberrauit.

Ἀποπλάνησις. ιος. ἡ. aberratio.

Ἀπόπλανος. improbus, præſt.giator.

Ἀποπλέω. nauigo.

Ἀπόπληκτος. ου. ὁ, ἡ. ſtolidus, ſtupidus, attonitus.

Ἀποπληξία. ας. ἡ. ſtupor corpore menteq́, lãguor, aduerſitas, apoplexia.

Ἀποπληρωτής. οῦ. ὁ impletor, executor.

Ἀποπλήσσω. μ. ξω. π. χα. percutio. Accuſ.

Ἀπόπλοος. ου. ὁ. receſſus nauium.

Ἀπόπλουν. nauigium inutile.

Ἀπόπλυμα. ατος. τὸ. purgatio.

Ἀποπνεῖται. negat, ἀρνεῖται.

Ἀποπνέω. exhalo. Genit ut, ἀκράτου ἴσθιν ἀποπνείων.

Ἀποπνίγομαι. ſuffocor.

Ἀποπνίγω. μ. ίξω. π. κα. ſuffoco, ſtrangulo. Actiu. accuſ.

Ἀποποιοῦμαι. renuncio alicui amicitiam.

Ἀποπομπαῖος. ἀλεξίκακος, depulſor malorum, & auerſor, defenſorq́ peſtium & calamitatum.

Ἀποπομπεῖν depellere.

Ἀποπομπή. ῆς. ἡ. ἀποτροπή, repudium, procuratio & depulſio ſceleris & prodigij.

Ἀποπορεία. ας. ἡ. repedatio, reditus.

Ἀποπορευτέον. redeundum, abeundum.

Ἀποπρεσβεύω. legationem renuncio.

Ἀποπροειμένον. reiectum.

Ἀπόπροθι. de longe, ἄποθεν.

Ἀπόπροθεν. coram.

Ἀπόπροθεν. longe, ἀπόπροθεν, πόῤῥωθεν.

Ἀποπροσωπίζεσθαι purgare faciem.

Ἀποπτάω. μ. ήσω. π. κκα. uolo, auolo. Neutr.

Ἀπόπτης. ου ὁ. ſpectator.

Ἀπόπτολις. ιδος. ὁ. extorris, exul.

Ἀποπτος. ου. ὁ. altus, de longe uiſibilis, inuiſibilis, ſublimis, ſpecula.

Ἀπόπτυστος. reiectus. Dicitur & ἀπoπτύσιμος, μισητός, odioſus.

Ἀποπτύω. μ. ύσω. π. υκα. exſpuo, reſpuo. Ac.

Ἀποπυρίας. ου. ὁ. panis ſpecies apud Athenienſeis, ὁ ἐπ' ἀνθράκων πυρώμενος.

Ἀποπυρίζω, ἀπὸ πυρὸς ἐσθίω.

Ἀπόρρυτα. τὰ. ſtabilia, ut ſũt aquæ mortuæ.

Ἀπορρύω. prohibeo.

Ἀπορέω. μ. ήσω. π. κκα. καὶ ἀποροῦμαι. dubito, firmandi propoſiti neſcius ſum, conſilij inops ſum, non habeo in promptu quod dicam, deficio. Item indigeo. Vnde ἀπορηθῆναι, ad ſummam anguſtiam redigi. Neutrum Genit.

Ἀπορητικός. οῦ. dubius, dubitator.

Ἀπόρθητος. ου. ὁ, ἡ. impopulabilis.

Ἀπορία. ας. ἡ. indigentia, inopia, egeſtas, dubitatio, perplexitas, conſilij inopia, deſperatio.

Ἀπορνεόω. μ. ώσω. π. ωκα. in auem muto. Accuſ.

Ἀπόρνυμαι. ab aliquo loco uenio.

Ἄπορος. ου. ὁ. indigens, perplexus, conſilij inops, inexplicabilis. οὗ πόρον, καὶ λύσιν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν.

Ἀποῤῥαθυμέω. μ. ήσω. π. κκα. pigreſco, languore & deſidia affectus ſum. Neut. abſol.

Ἀποῤῥαίνω. do ex multis pauca.

Ἀποῤῥαίδες. αἱ. murices.

Ἀποῤῥαίνω. ſpargo, pario.

Ἀποῤῥαίω. uaſto, adiuuo. ἀπὸ τοῦ ῥαίω, ἀφ' οὗ ἡ ῥαιστήρ, ἡ σφῦρα. Accuſ.

Ἀπόῤῥαξ. deriuatio, pars abſtracta.

Ἀπόῤῥαξις. ιος. ἡ. modus ludendi pila, cuius meminit Poll. lib. 9. addens & tres cæteros, ἐπίσκυρον, ἐπισφαιρίδαν, οὐρανίαν.

Ἀποῤῥαψῳδέω. μ. ήσω. π. κκα. metro dico. Neutrum accuſ.

Ἀποῤῥέω. effluo, excido.

Ἀποῤῥήγνυμι. μ, ήξω. π. κκα. abrumpo, frango Accuſ.

Ἀποῤῥηθῆν. καὶ

Ἀπόῤῥημα.. uetitum, interdictum magiſtratus.

Ἀπαῤῥῖψαι. τὴν ψυχὴν ἐκπνεῦσαι, ἀτιμάσαι.

Ἀπόῤῥησις. ιος. ἡ. fatigatio in dicendo, difficultas, indigentia. Item uetitum & interdictum magiſtratus, ſicut ἀπόῤῥημα. Aliquando renunciatio, Syneſ. Budæus Commentarijs.

Ἀπόῤῥητα. τὰ. pudenda, Plutarchus in Problematis.

Ἀπόῤῥητον. ου. arcanum, occultum, abditū. Item ineffabilis, quod non poteſt eloqui. Item repudiandum, uel indignum quod dicatur. Aliquando ἀπηγορευμένον ſignificat prohibitum. Budæus Com.

Ἀποῤῥήτως. occultè, ineffabiliter.

Ἀποῤῥιγόω. μ. ώσω. π. ωκα, timorem incutio.

Ἀποῤῥιζόω. radicitus euello. Non autem idē eſt quod ablaqueare. hoc enim ſolum radix corrigitur & denudatur, illo etiā extirpatur. Ablaqueare autem Græci nūc ῥιζοτομεῖσθαι dicunt, nunc περισκαπτεῖσθαι, nunc γυμνοῦν σκάπτων τὰς ῥίζας, id eſt è ſcrobe radices exerere.

Ἀποῤῥίπτομαι. negligor.

Ἀποῤῥίπτω. μ. ίψω. π. ιφα. proijcio, aufero, abijcio, detorqueo. Accuſ.

Ἀπόῤῥιτα. τὰ ſanctuaria atq; arcana. Hermol. in Plin.

Ἀποῤῥοή. ῆς. ἡ. ſuccus defluens ex arboribus aut ex alia re, contagio ſerpens.

Ἀπόῤῥοια. ας. ἡ. defluxus, defluuium, genitale ſemen, effluuium.

Ἄποῤῥον. denuo, rurſus..

Ἄποῤῥος. ου. ὁ, ἡ. inuentu difficilis, indigens,. impotens, dubius, inutilis, pauper.

Ἀποῤῥοφέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſorbillo. Accuſ.

Ἀποῤῥυέω. μ. ήσω. π. ηκα. defluo. Neutrum.

Ἀπόῤῥυτος. effluens. Vnde Cic. ex Platonis Timæo, ἀπόῤῥυτον σῶμα, effluens corpus,. hoc eſt decreſcens, & unde alimentum effluit, & decidit. Bud. Commentarijs.

Ἀποῤῥύω. abluo.

Ἀποῤῥωγάς. καὶ

Ἀπόῤῥωξ, ωγος. ὁ. abruptus, rupes.

Ἀποῤῥώξ. ῶγος. ὁ. deductus, originem habēs, profectus. inſtillatio, fluxus, γένους ἀπογονή. Ariſtophan. Lyſiſtr. τίμων τίς ἦν ἀίδρυτος ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι τὸ πρόσωπον περιειργμένος ἐριννύων ἀποῤῥώξ.

Ἀπορφανίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. orbatus ſum. Paul. ad Timothe. ἀπορφανισθέντες ἀφ᾽ ὑμῶν.

Ἀπορχεῖσθαι eſt per imperitiam ſaltandi perdere quod affectatur & poſcitur: ut ſi procus male ſaltauerit, et per hoc à puellæ ex poſcitæ nuptijs reiectus fuerit. Significat etiā quod Latinis deſultare dicitur, hoc eſt ſaltationem peragere. Bud. Com.

Ἀπορώτατον. ου. τὸ. inexplicatiſsimum.

Ἀπορώτατος. omnino inacceſſibilis.

Ἀποσαλεύω. μ. εύσω. auehor. Hac dictione uſi ſunt Græci, cum ſignificabant ancoris procul à portu iactis, nauem iam in ſalo eſſe, id quod Latini, in ſalo & in ancoris commorari enunciare ſolent, Diodo. et Thucyd. Ἀποσαλεύειν ἐπὶ τοῦ ὕδατος γῆν, ſtabilitam eſſe ſuper aquam terram.

Ἀποσάξας. obturans.

Ἀποσαφέω. μ. ήσω. π. ηκα. declaro. Acc.

Ἀποσβεννύω, καὶ ἀποσβέννυμι. μ. έσω. π. εκα, ἀόρ. β. ἀπέσβη extinguo, Accuſ.

Ἀποσείειν, excutere, propulſare, remouere.

Ἀποσείομαι. depono, decurto.

Ἀπόσεισις. ιος. ἡ. genus impudicæ ſaltationis.

Ἀποσεμνύνω. glorior.

Ἀποσηκόω. concludo in ſtabulo.

Ἀποσημαίνομαι. obſigno, ut apud Herodia. ἀποσημαίνεται τὴν ἐπιστολήν. Aliquando ad forum pertinet, ſignificans requirendos reos, ſiue publicandos, & pœna afficiendos annotare, eorum bona perſcribere & obſignare, Xenoph. Bud. Commenta.

Ἀποσημαίνω. μ. ανῶ. renuncio, reſpondeo, do ſignum, Plat. Accuſ.

Ἀποσημειοῦμαι. annotationes & collectanea facio, commentaria ſcribo, Ammon. in Prædicata, Bud. Commentarijs.

Ἀποσημηνάντων. τ. dantiū ſignū. Thucy.

Ἀποσήπομαι. μ. ήψομαι. π. ημμαι. καὶ

Ἀποσήπω. marceſco Depon. abſol.

Ἀποσάχω.inſequor,ἀποδιώκω.

Ἀποσιλλόω.μ.ώσω.π.ωκα.depeculor.Accu.

Ἀποσιμῶν.ferri aciem auertere. Item ἀποτρέχειν πρὸς τὸ σιμὸν.σιμὰ δὲ ἐκάλουν τὰ προσάντη χωρία,cõſurgere ad locos accliues.

Ἀποσιτικὸν.quod nauſeã,et faſtidiũ inducit.

Ἀπόσιτος.ὁ.ieiunus,ἄτροφος,ἄσιτος,de quibus Athenæ.

Ἀποσιωπάω.μ.ήσω.π.ηκα.obticeo, interſiſto.

Ἀποσιώπησις.ἡ.figura quæ reticentia à Cicerone dicitur,à Celſo obticentia, nonnulli interruptionem.

Ἀποσκαμυνθίζω.illudo.

Ἀποσκαρίζειν.cachinnari.

Ἀποσκεδάννυμι.μ.άσω.π.ακα.diſsipo. Ac.

Ἀποσκευάζομαι.aufero,tollo de medio,ſummoueo,amando,ablego,Herod. Item prorſus de medio tollo.neco. Idem,καὶ τὸ λοιπὸν πατρῴος φίλος ἀποσκευάζεται. Aliquando refuto,refello,conuinco,euerto,deſtruo. Grego. ἐπειδὴ δὲ ἀποσκευασάμεθα τὸν λόγον τὸ ἀλλότριον. Aliquando uentris onus pono,Herodia. Vnde τὸ ἀποσκευαζόμενον τοῦ ἀνθρώπου,dicitur ἡ κόπρος. Aliquando etiã excutio quodcunq; onus. Bud.Com.

Ἀποσκευάζω.μ.άσω.π.ακα.repono,reparo. Item quemadmodum ἀποσκευάζομαι,aufero,& tollo de medio,amolior,facio abrogatum,obſcuro,infero damnum. Accuſ.

Ἀποσκεύαστος.ου.ὁ,ἡ.inextructus.

Ἀποσκευή.ῆς.ἡ.ſarcina,exercitus impedimenta,ἡ τῶν ἐπιτηδείων κομιδή. Athenæ.uſus eſt pro inſtrumento aulæ uiatoriæ & imperatoriæ in exercitu.Bud.Comment.

Ἀποσκεύω.μ.ψω.π.ψκα.conſydero.

Ἀποσκεύων.ὁ.quaſi explorabundus.

Ἀποσκηφαλίζω.labefio.

Ἀποσκήπτω.μ.ψω.π.φα.commoneor,animaduerto.

Ἀποσκιάζομαι.remoueo ab umbra.

Ἀποσκίασμα.ατος.τὸ.umbra et obumbratio.

Ἀποσκιδνάμενοι.οἱ.ſparſi.

Ἀποσκιρτῶ.fugio.

Ἀποσκιῤῥωθὰς.in ſcirrhum induratus,σκληρυνθείς.

Ἀποσκλῆναι.emori.

Ἀποσκολύπτω.excorio,præputium detraho,deſquamo,circuncido.

Ἀποσκοπέω.μ.ήσω.π.ηκα.καὶ ἀποσκοπεύω.intueor ſcopum,uel aliquid tanquam ſcopum. Item intueor & diligenter conſydero.Accuſ.Bud.Com.

Ἀποσκορακίζω.μ.ίσω.π.ικα.relinquo,reprobo,ἀποδοκιμάζομαι. Actiu.accuſ.

Ἀποσκορακισμός.ου.ὁ.contemptus,ἐξουθένωσις.

Ἀποσκοτίσαι.obumbrare,ſolem deſinere.

Ἀποσκυβαλίζω.μ.ίσω.π.ικα.canibus expono.Actiu.accuſ.

Ἀποσκυθίζω.cutim capitis cum pilis amputo,capillum abrado.

Ἀποσμάω.extero.

Ἀποσμήχω.μ.ήξω.π.ηχα.purgo,tergo. Acti.accuſ.

Ἀποσμιλεύω.cultro abrado.

Ἀποσοβέω.μ.ήσω.π.ηκα.arceo,abduco,repello,ligo. Actiu.accuſ.

Ἀποσοβητὴς.ου.ὁ.remotor.

Ἀπόσπασμα.pars,auulſio.

Ἄποσον.ſine quantitate,τὸ ποσότητι καὶ μέτρῳ μὴ ὑποπίπτον.

Ἀποσπασματία.reliquiæ quædam.

Ἀποσπάω.μ.άσω.π.ακα.euello,emetior.Lucian.Icaron.Ἐπεὶ δὲ κατ᾽ αὐτὴν τὴν σελήνην ἐγεγόνειν,παμπόλλων τῶν νεφῶν ἀποσπάσας. Actiu.accuſ.

Ἀποσπερματίζει.ſemen emittit.

Ἀποσπεύδω.dehortor,diſſuadeo,Herodotus libro 6.

Ἀποσπόγγισμα τος.τὸ.quod abſtergitur.

Ἀποσποδῆσαι.in cinerem redigere,è medio tollere. Ariſtoph.

Ἀποσπουδάζων.negligens,ἀμελῶν.

Ἀπόστα.abſiſte.imperatiuus pro ἀπόσταθι,ſic παράστα.

Ἀπόσταγμα.τὸ.deſluxus.

Ἀποσταδά.à longe,eminus,per interuallum.

Ἀποσταδὸν.longe procul

Ἀπόσταδον.ου.τὸ.rete piſcatorium,plumbo et calamis hinc & hinc temperatum.

Ἀποστάζω.deſtillo,deſcendo.

Ἀποστατέω.impedio.

Ἀποστάς.fugiens.

Ἀποστασία. ας. ἡ. defectio, cũ quis à duce ſuo deſciſcit.

Ἀποστάσιον. ου. τὸ. repudium, actio in ingratos, & deſciſcentes à patronis, libellus repudij.

Ἀπόστασις. εως. ἡ. ἀποχώρησις ἐκ διαστήματος, καὶ ἡ ἀποστασία, elongatio, productio, immenſa capedo, abſceſſus, digreſsio, diſtantia. Item defectio, rebellio. Aliquando ſuppuratio Ruellio interprete.

Ἀποστατέω. ῶ. ήσω. κ. ηκα. abſiſto. Genit.

Ἀποστατήρ. ῆρος. retractor, faciens deſiſtere. & ἀποστατῆρες, ſegreges.

Ἀποστάτης. ου. ὁ. apoſtata, deſertor, qui abſcedit ab eo quod tuendum ſuſcepit. Budæus Commentarijs.

Ἀποστατικός. οῦ. ὁ. rebellis. (re.

Ἀποσταυροῦν. uallo claudere, cancellis firma

Ἀποστεγάζω. μ. άσω. π. ακα. detego. Acc.

Ἀποστέγω. intus coërceo, & cohibeo, licet etiam arceo ſignificet, et propulſo et inhibeo.

Ἀποστείχω, uel ἀποστιχῶ. diſcedo.

Ἀποστέλλομαι. καὶ

Ἀποστέλλω. emando, uel cum mandatis aliquem mitto; remitto, curſum nauis aliquò dirigo & contendo, quod non tantum is facit, qui in naue eſt cum uectoribus, ſed etiam qui magiſtrum præpoſuit et exercitorem nauis. Budæus Com.

Ἀποστέργω. fortiter fero.

Ἀποστερέομαι. priuor. Genit.

Ἀποστερέω. μ. ήσω. π. ηκα. priuo. Accuſ.

Ἀποστερητής. οῦ. ὁ. priuator.

Ἀποστερητρίς. ίδος. ἡ. indumenti genus, priuatrix. Ariſtoph. Nebul.

Ἀποστεφανῶσαι. deponere coronam.

Ἀποστηθίζω. expecto.

Ἀπόστημα. ατος. τὸ. ſpacium, abſceſſus. Item ſuppuratio, ulcus, apoſtema, qua uoce & Latini medici utuntur.

Ἀποστήριγμα. ſuſtentaculum, ἀντέρεισμα.

Ἀποστῆσαι. reſtituere.

Ἀποστιλβίζω. καὶ

Ἀποστλέγγω. abrado, reſeco.

Ἀποστλέγγισμα. τὸ. minutia abraſa.

Ἀποστολή. ῆς. ἡ. miſſio, immiſsio, remiſſio, apoſtolatus, munus. Ἀποστολὴ τῶν παίδων, amiſsio puerorum, cædes puerorum.

Ἀπόστολος. ου. uel ἀποστολεύς. έως. ὁ. nuncius quicunq; mittitur. Erat & nomen principatus apud Athenienſes, cuius officium erat, rectè atq; ordine curare inſtruereq; claſſem. Vnde & Demoſthenes, ἀπόστολοι ſunt apparatus claſsiũ, expeditionesq; maritimæ. Item dimiſſoriæ litteræ, apud Iureconſul. de quo Alciatus de Ver. & Verb. ſigni.

Ἀποστοματίζειν. eſt memoriter, nullo codicis auxilio dicere.

Ἀποστομίζειν. διὰ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν, ἀποστομοῦν, pẽdere ab ore & obſeruare quid dicatur, frequenter interrogare aliquẽ, & perplexum reddere, ſiue illaqueare, & ab ore capere. Eraſ. in Luc. cap. 11.

Ἀποστομόω. idem pro ἀποστομίζω, hoc eſt ἀποφράττω, os obturo.

Ἀπόστοργος. ου. ὁ. inimicus, non amans.

Ἀποστρακίζω. relego, mitto in exilium.

Ἀποστρακοῦσθαι. indureſcere ut cruſta, tranſire in teſtaceam duritiem.

Ἀποστράτηγος. ου. ὁ. ducis loco motus, exauthoratus.

Ἀποστρέφομαι cum accuſ. eſt auerſor & faſtidio. alias enim ſignificat conuertor, ut ἀποστρέφομαι πρὸς τοῦτον, Conuertor ad hũc. Budæus Commentarijs.

Ἀποστρέφω. μ. ψω. π. φα. auerto, detorqueo, Galeno. Item aliò iter flecto, abſcedo. Xenoph. & Plut. Actiu. accuſ. Bud. Cõ.

Ἀποστρόφαια. ας. ἡ. aſperula.

Ἀποστροφή. ῆς. ἡ. auerſio, odium. Item ſermo à perſona iudicis auerſus.

Ἀποστροφία. Veneris cognomen erat Thebanis, quaſi ab impijs operibus, iniuſtisq; deſiderijs auerteret homines. Cælius libro 8. capite 6.

Ἀπόστροφος. ου. ὁ. apoſtrophus, auerſio, unus ex decem accentibus Græcorum, qui primæ uocali alicuius dictionis ſuperadſcriptus, denotat uocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum.

Ἀποστυγέω. odi. Apoſtolus, ἀποστυγοῦντες τὸ

πονηρόν.

Ἀποσυνάξαι. perſequi.

Ἀποσυφαλίζω.μ.ίξω.π.ιχα. expello, excutio, remoueo. Actiu. accuſ.

Ἀποσύφων. duræ uocis, τῇ φωνῇ σκληρός.

Ἀποστύφειν. aſtringere.

Ἀποσυκάζω.μ.άσω.π.ακα. ficus edo, ficus decerpo. Item calumnior.

Ἀποσυλάω.ῶ. deprædor, prædam abduco.

Ἀποσυμβολᾶν. abundante præpoſitione, ponitur pro concurrere, συμβάλλειν.

Ἀποσυνάγωγος.ου.ὁ. excommunicatus, alienus à congregatione & ſynagoga. Bud. in Annot. poſt.

Ἀπόσυρμα.ατος.τὸ. deſquamatio, locus eſt in corpore deſquamatus. Budæus Com.

Ἀποσύρω. detraho.

Ἀπόσφαγμα, τρυγῶδες παράθεμα. Hippo.

Ἀποσφαιρίζω. repello pilam.

Ἀποσφακελίζω.μ.ίσω.π.ικα. debilito, putrefacio. Actiu. accuſ. iungitur.

Ἀποσφάλλομαι. aberro, ἀποτυγχάνω.

Ἀποσφάττω. iugulo.

Ἀποσφενδονάω.ῶ. funda emitto, iaculor.

Ἀποσφενδόνητοι. qui ſunt, uide Plutarch. in Problematis.

Ἀποσχάζω.μ.σω. diffringo, corrumpo, reſeco uenam, ſcarifico cutem. Bud. Com.

Ἀποσχαλίδωμα. ſtipites ſunt & plagæ. Bud. Commentarijs.

Ἀποσχαλιδῶσαι. plagas erigere, & furcis illis uenaticis fulcire. Budæus Com.

Ἀποσχεδιάζω. ex tempore dico.

Ἀπόσχεσις.εως.ἡ. abſtinentia.

Ἀποσχίω. fundo.

Ἀπόσχισις.ἡ. ramus, propago.

Ἀποσχοινίζω. ſeparo tãquam funiculo, priuo.

Ἀπόσχομαι. abſtineo.

Ἀποσχυνέσθαι τὰς ἡδονάς, à uoluptatibus abhorrere.

Ἀποσχών.ὁ.ἀποστάς. abſtinens.

Ἀποσώζω. tandem ſeruo, intus condo ut ſeruem, intus incolumem contineo.

Ἀποταγὴ.ῆς.ἡ. renunciatio & cum extremũ ſalutamus, & saluẽ dicimus alicui uitæ inſtituto. Bud. Com.

Ἀποτάδην prolixè intenſe.

Ἀπότακτος. ad certum uſum ſepoſitus & ſelectus. Bud. Commentarijs.

Ἀποταμιεύομαι. claudo.

Ἀποτανύω.μ.ἀποτανύσω. extendo.

Ἀπόταξις.εως.ἡ. renunciatio, ſicut ἀποταγή. opponitur etiam τῇ συντάξει. Bud. Com.

Ἀποτάσσομαι.μ.άξομαι.π.αγμαι. dimitto, ualere iubeo, renuncio. Datiuo.

Ἀποτάσσω.μ.άξω.π.αχα. renuncio. Item ſecerno, ſeorſum deſtino, diſiungo, attribuo. Actiu. datiu. Bud. Com.

Ἀποταῦροι.αἱ. iuuencæ quædam in Epiro, quæ & Pyrrhicæ dicuntur, & Setauræ.

Ἀποταυρούμενος. confidens.

Ἀποτάτω. longiſsime.

Ἀπόταφος. qui priuatus eſt maiorum ſepulchro.

Ἀποτάφρευσις.εως.ἡ. circumuallatio.

Ἀποταφρεύω. circundo foſſa.

Ἀποτείνομαι. uoce paſsiua eſt inuehor. Gale. ἀποτείνεται εἰς ἐντλανόν.

Ἀποτείνω.μ.τενῶ.π.ακα. extendo, intẽdo, produco, longum facio, εἰς ταυτὸ τείνω, καὶ φέρω, ἀπάγω εἰς μῆκος. Actiu. accuſ. ut ἀποτείνω λόγον, pro longam orationem habeo, id eſt ἀπομηκύνω. Interdum abſolutè & ſine caſu. Plato in Gorg. καὶ νῦν ἴσως πόῤῥω ἀποτενοῦμεν, ἣν διαλεγώμεθα, id eſt μακρολογήσομεν. Budæus Com.

Ἀποτειχίζω. uallo, muro circundo, murũ diruo. Budæus Commentarijs.

Ἀποτείχισις.εως.ἡ. muri deſtructio.

Ἀποτειχισμὸς.οῦ.ὁ. circũuallatio, munitio.

Ἀποτέλαοι. duces, οἱ κατὰ πόλεις ἡγεμόνες τῶν Ἰουδαίων.

Ἀποτελέομαι. conualeſco.

Ἀποτέλεσμα.ατος.τὸ. res geſta, effectus.

Ἀποτελέσματα μαθηματικὰ dicuntur ea, quæ cœlum ex aſtrorum compoſitione, & aſpectu mutuo in natali cuiuſque hora efficit, effectus genitürarum, ab effectione cœli manantes. Dicuntur item ἀποτελέσματα, mathematicorum ſeu aſtrologorum reſpõſa. Circũferuntur et libri Ptolemai

ἀποτελεσμάτων,quos modo quadripartitos uocant.Cæl.lib.7.cap.9.& Alciat.de Rerum & uerborum ſignific.

Ἀποτελεσματικοὶ poſt Homeri ætatem dicti ſunt, qui mathematici uocantur & Chaldæi.Horũ curioſitas nihil reliquit, quod planetarum nõ ſubiecerit poteſtati, ut in Iliad.primum annotat Euſtath.

Ἀποτελευτάω.μ.ήσω,π.κκα.terminor.

Ἀποτελέω.μ.έσω.π.λκα.perficio,efficio.Accuſ.

Ἀποτέμνω.μ.ἀποτεμῶ,καὶ ἀποτμήσω.ἀόρ.β.ἀπέτεμον.π.τέτμηκα.abſcindo.Actiu.accuſ.Budæus Commentarijs.

Ἀποτήγανομαι.decoquo.

Ἀπότεξις.ιος.ἡ.partus.

Ἀποτερματίζω.finio.

Ἀπότερος.α.ὁ.longinquus.

Ἀποτέρω.longius.

Ἀποτεταγμένη ὥρα.ſtata & conſtituta hora.

Ἀποτεταγμένος.deſponſus, deuotus,deſtinatus.

Ἀποτετιμημένον χωρίον.pignori acceptum à marito,uel à marito datum pro dote accepta.

Ἀπότευγμα.ατος.τὸ.damnum quod decedit alicui,repulſa,aberramentum,Plutarch. περὶ εὐθυμίας,ἀποτυχία.

Ἀπότευξις.ιος.ἡ.res male geſta,repulſa.

Ἀποτευκτικὸς ἀνήρ.offenſator, & opponitur τῷ κατορθωτικῷ.Bud.Commentarijs.

Ἀποτίθεμαι.& ἀποτίθημι.μ.ήσω.π.κκα.in actiua uoce, reijcio, hoc eſt ἀναβάλλομαι, ἀντίθεμαι.Xenophon de hominibus uoluptuarijs loquẽs,τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθενται. Item depono, ut ἀποτίθεσθαι τὴν ἔχθραν,deponere inimicitiam.& ἀποτίθεσθαι τὴν ἀρχὴν,abdicare ſe magiſtratu. Itẽ recondo,repono.Ἀποτίθεσθαι τὰ ἔντερα, inteſtina reponere,ſiue(ut Celſus) refundere.Ἀποτίθεσθαι τὰ γινόμενα παιδία,exponere, Ariſtot.Bud.Com.

Ἀποτίκτω.partum emitto,pario.Bud.Com.

Ἀποτίλλω.μ.τιλῶ.euello,depilo. Actiu.accuſ.

Ἀποτιμάομαι.æſtimatum accipio.Et ἀποτιμηθὲν εἰς προῖκα χωρίον dicitur à Demoſth. quod maritus oppignorauit in eũ caſum, quo caſu reſtituenda dos erit,certa pecunia æſtimatum,uel ipſi marito pro pignore dotis datum,utrumq; enim ſignificare poteſt.Budæus Commentarijs.

Ἀποτιμάω.μ.ήσω.π.κκα. æſtimatum do. Item æſtimo,præſuppono.Item punio, condemno. Actiu.geni.& accuſ.

Ἀποτίμημα.ατος.τὸ.precium,pignus quod accipiebatur à ſponſo, ut de dote perdenda non eſſet periculum. Id uerò erat uel domus,uel agri. Accipitur generaliter pro quouis pignore.Budæus Commentarijs.

Ἀποτίμησις.ιος.ἡ.deſcriptio cenſus.

Ἀποτιμηταὶ.οἱ. æſtimatores, ut qui à magiſtratu petebantur,qui precium inducerẽt ac indicaturam. Meminerunt Demoſth. & Lyſias.

Ἀπότιμον.τὸ.idem quod ἀποτίμημα.

Ἀπότιμος.inglorius,infamis,ἄτιμος.

Ἀποτιμότερος.α.ὁ.contemptior,pro ἀτιμότερος Ionicè.

Ἀποτιναξάμενος.ὁ.excutiens.

Ἀπότισον.ſolue quod debes.

Ἀποτίνυμι.καὶ

Ἀποτιννύω.καὶ

Ἀποτίνω.μ.ίσω.π.κα.καὶ

Ἀποτίω.punio,reddo,compenſo,exoluo, pœnam pendo,quocunq; modo ſoluo,& rependo,& captiuos luo.Budæus Com.

Ἀποτίπλαστον.difficile acceſſu.

Ἀποτμήγω.abſcindo.

Ἀποτμότατος.ὁ.infeliciſſimus,Homero δυστυχής.nam πότμος præter mortem etiam fortunam ſignificat, παρὰ τὸ πετεῖν, ὃ δεῖ πεσεῖν.

Ἀποτόκος.ου.ὁ.abortiuum.

Ἀποτολμάω.audeo ſumpta ab aliquo fiducia Budæus Commentarijs.

Ἀπότομαι.ſegmenta.

Ἀποτομὰς.άδος.ἡ.καὶ

Ἀποτομάς.iaculũ,quo utebãtur pentathli.

Ἀποτομή.breue iaculum.

Ἀποτομία ας.ἡ.rigor,ſeueritas nimia, uelocitas temeraria,inconſiderantia.

Ἀπότομος.ου.ὁ.uiolentus,durus, præruptus, abru

abruptus, præfractus. Item compendioſus, compendiarius, breuis, ἐπίτομος, præceps, præciſus.

Ἀποτόμως. truncatim, durius, uulgò rigoroſe.

Ἀποτορνεύω. μ. εύσω. π. ευκα. in orbē redigo.

Ἄποτος. ὁ. cui nullus uſus bibendi.

Ἀποτραγεῖν. comedere.

Ἀποτράγημα. cibus, reliquiæ.

Ἀποτραχηλίζω. ſtrangulo, frango collum.

Ἀποτραχυνόω audeo.

Ἀποτρέπομαι. auerſor, deuito. Cum geni. accipitur ſubinde pro ſuo actiuo.

Ἀποτρέπω. μ. έψω. π. αφα. auerto, auoco, diſſuadeo, deterreo. Gaza ex Cicer. οὐδεὶς ἄρ οἶμαι τοὔχνος ἀποτρέψειεν, Haud ſanè quis facile retraxerit. Accuſ.

Ἀποτρέχω. recurro. quære τρέχω.

Ἀποτριάζω, uel ἀποτριάσσω. treis ictus infligere, uincere. De pentathlo dicitur.

Ἀποτριβή. ῆς. ἡ. corroſio, obtritio.

Ἀποτρίβομαι. μ. ψομαι. π. ιμμαι. exprimo, excrutio. Itē amolior, propulſo, et diluo crimē quo aſperſus ſum, purgo, abſtergo, Diodo. & Aeſchynes. Itē reijcio, ſummoueo, Plutarch. Item aboleo, expurgo, Diodo.

Ἀποτρίβω. μ. ίψω. π. ιφα. abſtergo. Acti. ac.

Ἀπότριμμα. ατος. τὸ. res quæ deterendo decidit, ramentum.

Ἀπότριξ. ιχος. ὁ. impubes, ἄνηβος.

Ἀποτρώγω. mordicus abſcindo, ut ἀποτρώγω τὴν ῥῖνα, Lucian.

Ἀποτρόπαιον. ου. τὸ. ſacrificium uel ſupplicatio quæ fit ad euitandum aliquod malum imminens. ἀποτρόπαιον θέαμα, abominandum ſpectaculum.

Ἀποτρόπαιος. ου. ὁ. malorum depulſor, terribilis aſpectu, difficulter dehortandus, malus, fugiendus, dignus odio. Θεοὶ δὲ δαίμονες ἀποτρόπαιοι dicebantur, qui nocumenta ab hominibus auertebant, malorum noxarumq́ depulſores ac tutelares. In ijs erant Apollo & Hercules, Latini auerroncanos uocant. Budæus Commentarijs.

Ἀποτροπάομαι. auerto, ἀποτρέπομαι.

Ἀποτροπή. ῆς. ἡ. dehortatio, auerſio.

Ἀποτροπίασμα. τος. τὸ. expiatio, ἐξίλασμα.

Ἀποτροπιάζομαι. auerſor, refugio, accu.

Ἀποτροπιασμός. οῦ. ὁ. liberatio, numinum iræ amotio, quæ fit per ueneficia.

Ἀπότροπος. ου. ὁ. quem homines euitant, fugitant urbem, auerſus, auerſandus.

Ἀπότροφος. peregrinus, inſolens, nō aſſuetus & exercitatus, alienus, abhorrens. Budæus Commentarijs.

Ἀποτρισεῖν. clam cupiens, λάθρα ἀξιοῦν.

Ἀποτύχω. μ. ύξω. π. υχα. domo, obtundo. Acti. accuſ. iungitur.

Ἀποτρύω. laſſum reddo, & ἀποτρύομαι laſſeſco, ſuccumbo, fatiſco, extenuor.

Ἀποτυγχανόμενον, τὸ. μὴ κατορθούμενον, quod perperam maleq́ ac præter animi ſententiam euenit, quod præter ſpem cadit, apud Lucian. frequens.

Ἀποτυγχάνω. non compos fio uoti, fruſtror. Genit. ut σικελίας ἀποτυχὼν, Siciliæ potiundæ ſpe fruſtratus, apud Plutarch.

Ἀποτυλόω. glandē renudo, præputiū reſeco.

Ἀποτυμπανίζομαι. tympanis ac fidiculis extendor, ut martyres, Cyrill. lib. 8.

Ἀποτυμπανιζόμενοι. οἱ. qui ſunt in ſupplicio.

Ἀποτυποῦμαι. effingo, exprimo.

Ἀποτύπτω. uapulo.

Ἀποτυφλοῦνται. excæcantur.

Ἀποτυφλόω. excæco.

Ἀποτυχία. ας. ἡ. calamitas.

Ἀπουψόντων. deſinent uerberare.

Ἀπούρας. αντος. ὁ. auferens, præripiens. Dicitur pro ἀπουρίσας per ſyncopen, à præſenti ἀπουρίζω, pro ἀφορίζω, quod eſt extermino.

Ἀπουργοί. loci uel anguli contempti, in quos ſcoparum purgamenta reijciebant.

Ἄπους. ποδος. ſine pede, apes auicula.

Ἀποσιάζειν. partem bonorum dare, ut pater filiæ, cum nubit.

Ἀπουσία. ας. ἡ. abſentia.

Ἀποφαίνομαι. enuncio, ἀποφαντικῶς λέγω. Verbum eſt dialecticum, cenſeo, ſententiam fero, ſtatuo. Galen. οὐδὲν πρὸς ἔπος ἀποφαίνεσθαι, Nihil conſonum dicere. Bu. Cō.

Ἀποφαίνω. μ. ανῶ. demonſtro, definio. Item exhibeo, in rationes tutelæ refero. Demo. ἔνδεκα μνᾶς εἰς ἑαυτοῦ ἀπέφηνε, id eſt, In

rationes retulit, acceptas tutelæ retulit. Idem ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι τοῖς χρήμασι, Nullum quæſtum pecuniarum reſerunt, nullum exhibent fœnus. Vnde ἀποφαίνειν τὴν διαθήκην, ædere teſtamentū & exhibere, hoc eſt φανεροποιεῖν: à quo & ἀποπεφασμένως pro palàm & manifeſtè.

Ἀποφαίνειν τὴν οὐσίαν, eſt dare commentarium ſeu indicem bonorum, quod inuentarium appellant. Item defero, reuelo, crimen obijcio, Lyſ. Accipitur etiam pro ἀπεργάζομαι, ἀποτελῶ, παρασκευάζω, facio perficio. Lucian. πλουσίους ἐκ πενήτων ἀποφήνας, Qui ex in opibus opulentos reddidiſti. Item propono, ut proponimus quæſtionem. accuſ. iung. Budæus Com.

Ἀπόφανσις. ιος. ἡ. apud Plat. ἀντὶ τοῦ ἀπόφασις. Et eſt enunciatio uerum uel falſum ſignificans, nomine & uerbo conſtans.

Ἀποφαντικός. ῦ. ὁ. enunciatiuus.

Ἀποφάναι. negare.

Ἀπόφασις. ιος. ἡ. negatio. Item enunciatio, ἀπόφανσις. Accipitur apud Plutarch. pro ſententia & dicto breui, hoc eſt apophthegmate. Aliquando commentarium bonorum & inuentariū, ἀπογραφὴ. Bu. Cō.

Ἀποφάσκω. nego, abnuo, ſententiam dico, effari.

Ἀποφανδὸν, uel ἀποπεφασμένως. palàm, manifeſtè.

Ἀποφαυλίζειν. contemnere, aduerſari.

Ἀποφέρομαι. refero. reporto gratiam uel gloriam uel præmium: proprie de ijs dictum, qui honorem aut magiſtratum geſſerunt. Auferre hoc Latinis ſignificat, cum pro impetrare ponitur. Cic. ad Att. 16. Audiuimus Cæſarem, uerba fecimus pro Buthrotijs, liberaliſſimum decretum abſtulimus. Idē dicitur & φέρεσθαι, ut apud Gre. φέρεσθαι δόξαν παρὰ βασιλεῖ. Bud.

Ἀποφέρω. tollo. Libani. ἀποφέρει δὲ ὁ νόσος τὸν ἄνθρωπον. Sic Plin. lib. 24. ca. 1. de cedri ſucco, Defuncta corpora incorrupta æuis ſeruat, uiuentia corrumpit: mira differentia, cum uitam auferat ſpirantibus, defunctis pro uita ſit. Aliquando defero:

unde ἀποφέρω δίκην καὶ γραφὴν, in iudicium uoco, accuſo, reum poſtulo, diem dico. Aliquando renuncio, deſigno, & nomen alicuius ædo, creo, eligo, Demoſthen. Aliquando in album refero, & inter numeros adſcribo, Lyſ. Aliquando mercedem fero, ut operarius facit. Lucian. ἀποφέρειν δὲ τὸ γιγνόμενον. Et pendo, hoc eſt, ſoluo, penſito. Ἀποφέρω λόγον καὶ λόγους, rationes ad ærarium refero. Dicitur & de rationibus priuatis. Bud. Com.

Ἀποφεύγω. euado, abſoluor. Neutr. abſol. Interdum cum duobus accuſatiuis conſtruitur. Demoſth. ὡς δίκας τοῦτον ἀπέφυγον παρόντα καὶ ἀντιδικοῦντα.

Ἀπόφευξις. ιος. euaſio.

Ἀπόφημι. nego.

Ἀπόφημος, infauſtus, mali ominis.

Ἀποφῆναι τὴν οὐσίαν. publicare bona, annotare bona reorum.

Ἀποφήνασθαι τὴν γνώμην. dicere ſententiam.

Ἀπόφανσις. ιος. ἡ. γνῶσις. ſententia.

Ἀποφθέγγομαι. paucis multa comprehendo, præciſe & breuiter loquor.

Ἀπόφθεγμα. τος. τὸ. ſententia breuis, breuiter ac ſcite dictum, ſcita, breuis, acutaq́; reſponſio, præciſa ſententia ac breuiter circunſcripta. Ἀποφθέγματα (inquit) Eraſ. ſunt dicta acuta quædam & breuia, non cuiuslibet quidem, ſed oratorum, ducum, legatorum, imperatorum, ac ut ſemel dicam, illuſtrium uirorum.

Ἀποφθεγματικός. ῦ. ὁ ſententioſus.

Ἀποφθείρομαι. abeo in malam rem, miſere & calamitoſe uagor, & erro. Ἀπόφθειρε οὖ μοι attici dicunt, cum indignabunde aliquem diſcedere iubent, abi in malam rem.

Ἀποφλαυρίζω, uel ἀποφαυλίζω. extreme contemno, nihili facio.

Ἀποφλεγματίζω id eſt capitis pituitas produco, & purgo.

Ἀποφλεγμαίνω. tumorem deponere.

Ἀποφλυάρειν. eructare, ἀπερυγγάνω.

Ἀποφοιβάζειν. purgare, uaticinari.

Ἀποφορά. ᾶς. ἡ. ἀποκομιδὴ, tributi ſolutio, officium quod heris ſerui præſtant. Item

penſitatio,penſio,qualis à colonis aſcriptitiijs pendebatur, Andoci. & Plutarcho. Idem in Apoph. ἀποφορὰς *ſtipendium militare uocat. Significat etiam ſuauecolentiam,odoremq́ gratum. Herodia.* εὐωδία τις τῶν δακρύων ἀποφορᾶς. *Sæpius tamen* ἀντὶ δυσωδίας. *Item pro expiratione, exhalatione & effluctione, Plutarch.Sym. 7. Item pro ablatione, Ariſtot. Aliquando lucrum,* κέρδος, λῆμμα. *Bud.Com.*

Ἀπόφορος. *ſterilis,* ἄκαρπος.

Ἀποφορτίζω.μ.ίσω.π.ικα. *exonero,* ἀποβάλλω τὸ φορτίον. *Actiu.accuſ.*

Ἀποφραγίζω. *reſigno quæ ſignata ſunt.*

Ἀποφραγνύω. *obſtruo.*

Ἀποφράς.άδος.ἡ. *dies nefandus, inauſpicatus, ater.*

Ἀποφράττω. *obturo. Bud.Com.*

Ἀποφυάς.ἡ. *appendix. Vnde* ἀποφυάδες. *annata, id eſt annaſcentes ramuli ramis maioribus. Sic Ariſtot. item uocat inteſtinorũ appendices, quæ & ἐκφυάδες dicũtur.*

Ἀποφυγή.ῆς.ἡ. *euaſio.*

Ἀποφύλιος.ου.ὁ. *qui nullum habet tribum, aduena.*

Ἀποφυλλάδες.αἱ. *fibræ.*

Ἀποφυλλίζω. *folia detraho.*

Ἀποφυσία.ἡ. *bulla, eminentia.*

Ἀποφυτεύω. *auulſione ſero.*

Ἀποφώλιον.ου.τὸ. *monſtrum, abortiuum. Et adiectiuè, pro uano, indocto,* ἀπαίδευτον. φωλεοὶ γὰρ, τὰ παιδευτήρια.

Ἀποχαλινόω.μ.ώσω.π.ωκα. *frenum exuo.*

Ἀποχαλκεύω. *fabricor.*

Ἀποχειρόβιος.ου κοὶ

Ἀποχειροβίωτος.ου.ὁ. *opere manuali uiuens.*

Ἀποχειροτονεῖσθαι. *abrogari, abdicari, reprobari, exautorari, plebiſcito abſolui, uulgò degradari. Iungitur genit. cum accuſ. Demoſt.* τὰ πεπραγμένα ἀκύρως ὁ δῆμος ἀποχειροτόνησε μειδίου. *Bud.Com.*

Ἀποχειροτονία. *abrogatio.*

Ἀποχετεύω.μ.εύσω.π.ευκα. *duco per conductum.*

Ἀποχή.ῆς.ἡ. *diſtantia, abſtinentia. Item receptio, quitantia iureconſultis, chirographum, quo creditor teſtatur ſibi factum ſatis à debitore. Lati. acceptilationẽ uocãt.*

Ἀποχλωρίας. *cuius faciei color affectu aliquo modo mutatur, palleſcit.*

Ἄποχος. *imperitus, agreſtis.*

Ἀποχράομαι.μ.ήσομαι. *abutor, recedo & antiquo. cum genit.*

Ἀποχρῆ.μ.ἀποχρήσει.ἀπέχρησε. *ſufficit. Lucian.* οὐχὶ δὲ ἀποχρῆ μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων.

Ἀποχρῆσθαι ἑαυτῷ. *ſibi mortem cõſciſcere.*

Ἀπόχρησις.ιος.ἡ. *abuſus.*

Ἀποχρήσουσι. *ſufficient, apud Ariſtoph.*

Ἀποχρυσόω. *inauro.*

Ἀποχρῶν.ὁ. *ſufficiens, idoneus.*

Ἀποχρώντως. *ſufficienter, ſatis.*

Ἀπόχρεως.ὁ. *ſufficiens.*

Ἀποχυλίζω. *ſuccum extraho.*

Ἀποχωρέω μ.ήσω.π.ηκα. *ſecedo, diſcedo.*

Ἀποχώρησις.ιος.ἡ. *diſceſſus.*

Ἀποψαλίζω τὸν ὄνυχα. *deſeco, forcifico ungues.*

Ἀποψάομαι.μ.ήσομαι. *abſtergo, tergo nares.*

Ἀποψεύδομαι.μ.εύσομαι.π.ευσμαι. *fingo.*

Ἀπόψηγμα.τὸ. *deraſio.*

Ἀπόψαστον. *hoſtimentum.*

Ἀποψηφίζομαι.μ.ίσομαι.π.ισμαι. *libero in iudicio, per decretum expello, reuoco, quando res componi non poteſt, abſoluo ſuffragio, antiquo, ex albo erado, cenſeo aliquid non faciendum, Item condemnor. Budæus Commentarijs.*

Ἀποψοφεῖν. *ædere crepitus alui.*

Ἀποψήφισις. *dicitur, quaſi è tribu motio & eiectio,* καταδίκη. *Bud.Com.*

Ἀποψηφισμένοι *dici poſſunt, quos Romani ærarios appellant, qui iam non ſunt in albo centuriæ ſuæ.*

Ἀποψοφεῖν. *pedere.*

Ἀποψύχω.μ.ύξω.π.υχα. *areſco, morior. Itẽ caco, apud Heſiod. ut* ἀπέψυξε βίον, *mortuus eſt, obijt, apud Sophocl.*

Ἀποψωλέω.μ.ήσω.π.ηκα. *e nudato præputio.*

Ἀπώμνυς. *iurabas.*

Ἀπαλάζω *concionor.*

Ἀπράγμονος.ου.ὁ. *non curans aliena.*

Ἀπραγμόνως. Ocioſe, & faciliter aliquid fieri & procedere nulloq́ negotio.

Ἀπραγμοσύνη. ης. ἡ. ociũ, tranquillitas uitæ.

Ἀπράγμων. ονος. ὁ, ocioſus, ſine cura. Significat autem uirum bonum, aut certè placidis moribus, qui negotium exhibere alijs non ſolet, & ſimul qui non libenter ſibi negotia exhibet, quales ſunt ἰδιοπράγμονες. Interdum pro inertibus accipitur, & qui laborem recuſant. Budæus Com.

Ἀπραγόπολις. urbs ocij altrix.

Ἀπρακτία. nihil proficio. Xenoph. ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτῶν, τοὺς παράνομα δὲ ὀμνύοντος. Budæus Commentarijs.

Ἄπρακτον. irritum.

Ἄπρακτος. inefficax, ignauus, infecta re deſiſtens. opponitur τῷ δραστηρίῳ. Herodian. ἀπράκτους ἀπέπεμψεν, Re infecta dimiſit, ſcilicet legatos. Budæus in Annot.

Ἀπρακτότατος. ὁ, ὁ. ineptiſſimus rebus gerendis.

Ἀπραξία. ας. ἡ. tranquillitas uitæ, uacuitas à negotijs, inertia, ocium. ut in uerſu prouerbiali, ἀνάπαυσις ἐστὶ τῶν κακῶν ἀπραξία. Dicitur etiam cum nec quicquam negotij agere, nec experiri licet et appellare nomina ſua. Quare Plutarchus pro iuſtitio poſuit.

Ἀπρασία. ας. ἡ. interdum uilitatem ſignificat. Liba. κατέλαβεν ἀπρασίαν τῶν φορτίων.

Ἄπρατος. eſt integer & innocens, uel teſtis uel iudex, qui conſcientiam addicere pecunia non didicit. Budæus Com.

Ἀπρεπής. έος. ὁ, ἡ. indecens.

Ἄπρηκτον. non factum, inutile.

Ἀπριάτην. ſine precio.

Ἀπρίατος. ου. ὁ. inemptus, gratuitus.

Ἀπρὶξ. tenaciter cũ tenetur aliquid firmiter.

Ἀπροαίρετως. nulla noſtra opera, ſponte.

Διαδέχομαι. μ. ξομαι. π. δέγμαι. τὸ δὲ παλαιὸν ἐκδεχόμενον ἀφ᾽ ἑτέρου εἰς ἕτερον ἐπ᾽ ἐμὲ ἥκον, διαδέχομαι. ſuccedo, excipio. ut διαδέχεσθαι τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν, διαδέχεσθαι τὴν ἀρχήν. Item trado, gradatim propino. Iliad. δ. τὸ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι δειδέχατ᾽ ἀλλήλους, pro διεδέχοντο, authore Heſychio.

Διαδέω. μ. ήσω. uel έω. π. κα. uel και. corono, cingo, circũligo. Vnde διάδημα. Acc.

Διάδηλος. φανερός. apertus, manifeſtus.

Διάδημα. ατος. τό. diadema, ornamentum ca-

pitis regum inſigne, quod faſcia erat quædam, qua caput circunligabant. παρὰ τὸ διαδεῖν.

Διαδιδράσκω. ἀποδιδράσκω, aufugio.

Διαδιδόμενος. ὁ. traiectus.

Διαδιδούμενος. ὁ. quaſi uittatus, diadematusq́. Nomen id non tam proprium ſpecioſi iuuenis uidetur fuiſſe quàm facti.

Διαδίδωμι. μ. δώσω. π. ωκα. diſtribuo, largior, diſsipo. Accuſ.

Διαδικάζομαι. altercor, iudicio contendo, & eſt actoris, qui reum dijudicandum in iudicium trahit.

Διαδικάζω. μ. άσω. π. ακα. diuido, dijudico, diſcerno: & eſt iudicis, ſicut καταδικάσαι, καταδικάσασθαι uero actoris. Bud. Com.

Διαδικαιοῦν. φανερῶς ἀποφαίνεσθαι.

Διαδικασάμενος. exprobrans, accuſans, arguens, altercans. ὀνειδίσας, διελέγξας.

Διαδικασία. ας. ἡ. iudicium, iudicatio.
Eſt etiam ἐπίκρισις τῆς ἐπιτηδείας πρὸς τὴν λειτουργίαν, cum contentio inter duos oritur pro functione munerum. Item controuerſioſa duorum aliję de rebus diſceptatio. Διαδικασίαν γράψαι, iudicium dictare, dicam ſcribere. Διαδικασίαν ποιεῖν, iudicium conſtituere. Ἀναιρεῖν τὴν διαδικασίαν, actionem denegare, à iudicio dictato repellere, & actionis intentionem circunducere. Bud. Com.

Διαδίκασμα. petitio, & actio, hoc eſt ἔγκλημα. Bud. ibidem.

Διαδικεῖν. τὸ διαδικάζεσθαι.

Διάδιπλοι. ὁ. duplex.

Διαδοινίζειν. laſciuire, & indecenter ſaltare.

Διαδοκίς. ἡ. fulcimentum trabium obliquũ, cui reliquæ incumbunt.

Διαδορατίζομαι. dimico.

Διάδοσις. εως. ἡ. diſtributio, ἡ ἐκ διαμέρους ἴση δόσις.

Διαδοχή. ῆς. ἡ. continuatio, ſeries, ſucceſsio, traditio.

Διάδοχος. ου. ὁ. ſucceſſor, hæres.

Διαδραματίζω. aliquod poëma ago, aut authorſum comœdiarum, aut tragœdiarũ, aut alterius poëmatis.

Διαδράναι. διαφυγεῖν, aufugere.

Διαδρὰς. ἄντος. ὁ. qui perfugit. ἀπὸ τῆς δρῶμι.

Διαδρασιπολῖται. miſeri, timidi, qui reipub. adminiſtrationem fugiunt.

Διαδρομή. ῆς. ἡ. ultro citroq́ curſitatio, diſcurſitatio.

Διαδιώκειν. τὸ διαφυγεῖν. fugere, uitare, permeare, perlabi, decurrere, curriculo pertranſire. Bud. Com.

Διαδύομαι. euado, per mediam turbam elabor, detrecto munera, & tergiuerſatione & fruſtratorijs dilationibus, & commentis forenſibus iudicia eludo, & cunctationibus ludificor. Bud. Com.

Διάδυσις. fruſtratoria fugitatio, certamen rectũ legitimũq́ detrectantis. Bud. ibid.

Διάδυω. ἀποφάγω.

Διαείδομαι. appareo, aſpergo, γνωρίζομαι, φαίνομαι, διαγινώσκω.

Διαέριος. aerius. Lucian. Icar. μὴ θαυμάσῃς, ὦ μεγάτωρα καὶ διαέρια δοκῶ σοι λέγειν.

Διαευτυχῶν. perfruens felicitate.

Διάζειν. nugari, φλυαρεῖν, ἀλογεῖν.

Διαζευγνύω. diſiungo.

Διαζευκτικός. οῦ. ὁ. diſiunctiuus.

Διάζευξις. εως. ἡ. ſeparatio, ſeiugatio, διαχώρισις.

Διαζηλοτυπεῖν. æmulari, inuidere.

Διαζῆν. uide ἀποζῆν.

Διάζωμα. ατος. τὸ. ſeptum tranſuerſum, cinctus, ſubligar, præcinctus.

Διαζώννυω, & διαζώννυμι. μ. ζώσω. π. ωκα. diſcingo. Actiu. accuſ. iung.

Διάζωσθαι ἀπὸ τῆς ὀσφύος, apud Athenæum lib. 14. pro ſubligaculis poni uidetur, de quo Bayf. de re Veſt.

Διαθεάω. deſpicio.

Διαθέλω. conor, contendo.

Διαθεῖναι τὰ ἑαυτοῦ. ſuorum bonorum auctionem facere.

Διάθεσις. εως. ἡ. affectus, affectio, animus, ſpecies, habitusq́, unum ex accidentibus uerbi, quod Latini genus uocant. ὁ ἐν διανοίᾳ λόγος, ſermo animo conceptus, προφορικὸς uerò, qui profertur iam, auditurq́ue. Significat etiam teſtamentum. Lyſias, πῶς δ' αὐτῇ διαθήκας ἔτι παλαιοτέρας ἀπομιμνῄσκεσθαι

μηνάσαμεν, ἐν ἱκανοῖς διῆλθε. Item uendìtionem apud Iſocratem. Et diſpenſationem, apud Antiphont. Suid.

Διαθέτης. ου. ὁ. diſpenſator, curator.

Διαθέω. percurro, diſcurro.

Διαθήκη, & διαθῆκαι pluraliter. teſtamentum, hæreditas quæ teſtamento obuenit. Budæus Commentarijs.

Διαθλέω. laboro.

Διαθηρῶντες. οἱ. uenatores.

Διαθολῶν τὰς ὄψεις. turbidus, inuadens oculos ut puluis.

Διαθραύω. confringo.

Διαθροέω. μ. ήσω. π. ηκα. tumultuo. Neutrum abſol.

Διαθρυλλοῦμαι. rumore impleor, rumore diuulgor, uel diuulgo, rumorem ſpargo.

Διαθρύπτομαι. diſſoluor.

Διαθρύπτω. μ. ψω. π. φα. delicior, frango, ἄρτον διανεῖμαι, & τὸ κράνιον διαθρύπτειν, caput comminuere, apud Lucianum.

Διαθρῶν. qui perſpexit.

Διάθυρον. repagulum è materia compactũ, quod & uehicula & equos à ueſtibulo ædium arcet.

Διαιθρία. ας. ἡ. ſerenitas.

Διαιθριάζω. μ. άσω. π. ακα. ſum ſub dio. Neutrum abſol.

Δίαιθρος. ου. ὁ. perſpicuus, purus, liquidus.

Δίαιμος. ου. ὁ. cruentus.

Διαίνομαι. madeſco.

Διαίνω. μ. ανῶ. irrigo, madefacio. Actiuum accuſ.

Διαίρεσις. εως. ἡ. diuiſio, diſcriminatio, differentiarumq́ annotatio, & earum rerum quæ ad rem conſtituendam pertinent, & referunt. Bud. Com.

Διαιρετικός. οῦ. ὁ. diſſociatus.

Διαιρετός. οῦ. ὁ. diuiſibilis.

Διαιρέω, & διαιροῦμαι. diuido, diſtermino, ſeparo, diſtraho, diſcrimnio. Aliquando diſſero & diſputo. Ariſtotel. τυγχάνομεν δὲ διῃρημένοι πρότερον, ὅτι φύσεως, καὶ ἔθους, καὶ λόγου δεῖ. Et explico, declaro, explanoq́, διορίζω. Theoph. ὥσπερ καὶ πειρῶνται γε διαιρεῖν, De qua quidem conati ſunt differentias conſtituere, & diſcrimina notare, hoc eſt ἀφορισμούς. Bud. Com.

Διαΐσσω. μ. αξῶ. π. ῆχα. emico ut fulgur, turgeo. Item eleuo, tollo. Gregor. τὴν κεφαλὴν διαΐξας. Et τὸ ἀνοίγω, ἐπὶ σώματος. Demoſth. οὐ δὲ διῇρε τὸ σῶμα, Ne uerbũ quidem fecit. Plutar. διῃρημένος τὰς ἄκοντας dixit pro διῃρηκώς, quemadmodum καθειμένος τὸν πώγωνα, ἀντὶ τοῦ καθεικώς. Bud. Com.

Διαισθάνομαι. percipio.

Διαΐσσω. μ. ίξω. π. ιχα. impellendo tranſeo, emico.

Δίαιτα. ης. ἡ. conſuetudo, uictus ratio, id eſt modus, ſeu ratio uiuendi, ac lex quædam. Vulgò regulam uictus uocant, inſtitutum uitæ. Latinè diarium dicitur. Item iudicium. Lucian. ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι τὴν δίαιταν, ἐπίσης ὑμᾶς ἀγαπῶν. Ariſtot. ponit differentiam eandem inter δίαιταν, & δικαστήριον, quam Cic. ponit inter arbitrium & iudicium, de quo Budæus Com. Ariſtophan. pro cœnaculo & loco in quo excipiuntur hoſpites, uſurpauit. Eſt item immoratio apud Strabo lib. 1. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης.

Διαιτάομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. & διαιτάω. uiuo, uictus ratione utor, ueſcor quotidie. Depon. abſol.

Διαιτάω. μ. ήσω. π. ηκα. iudico ſicut arbiter, Vnde τὰ διαιτηθέντα, quod arbitri ſtatuerunt.

Διαίτημα. ατος. τὸ. idem quod δίαιτα utroq; enim utitur Thucyd. Item monumentum.

Διαιτήριον. τὸ. locus in quo iudicant arbitri.

Διαιτητής. οῦ. ὁ. arbiter datus, uel cognitor. ſic uocabantur iudices qui per ſingulas tribus lecti numero erant quatuor & quadraginta. Vide Polluc. libro 8. & Budæum Com. & Annot. poſt.

Διαιωνία. ας, ἡ. æuum.

Διαιωνίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. uiuo per ſecula.

Διαιωνίζω. æterno, ſempiterno.

Διακαής. έος. ὁ, ἡ. urens.

Διακαθαίρειν Theophraſto eſt perputare arbores, & interlucare. ἴδιον δ' ἐπὶ τῶν συκ

κῦς, μόνη γὰρ διακαθαίρεται τὸ ἀβλαβές ἐστι. Bud. Com.

Διακάθαρσις. perputatio, interlucatio.

Διακαθαρίζω. μ. ίσω. π. ικα. purgo. Accuſ.

Διακαίω. accendo, inflammo, inflammationem infero. Et tranſlate pro uehementer commouere, & concitare, impotenti quadam cupiditate implere, rapere, urgere, quemadmodum inflammo Latinis. Plutarchus, ταῦτα διάκαιε καὶ παρόξυνε τὸν κράτερον. Item exæquo. Herodot. διακαίων τὴν διέξοδον αὐτῷ.

Διακαλύπτομαι. μ. ύψομαι. π. υμμαι. pateo. Depon. abſol.

Διακαρτερέω. μ. ήσω. π. ηκα perduro, tolero, propriè in tolerãtia alicuius mali. Bud. in Annotationibus.

Διακατάχω. &.

Διακατέχω. detineo.

Διακατοχή. ῆς. ἡ. bonorum poſſeſſio.

Διακάτοχος. ου. ὁ. bonorum poſſeſſor.

Διακαυνιάζειν. ſortiri, διακληρῶσαι. καῦνος γὰρ λέγεται ὁ κλῆρος.

Διάκαυσις. εως. ἡ. ardor, efflagrantia.

Διάκειμαι. diſponor, διάθεσιν ἔχω. οὕτως διάκειμαι, Sic affectus ſum, & animatus. Lucianus in Cauca. καὶ πόσῳ οἱ ἄνθρωποι ἀγνωμονέστερον διακείνται πρὸς τὰ τοιαῦτα.

Διακείμενον. τὸ. affectus.

Διακείρειν. diſcindere, prætergredi.

Διακεκναισμένος. ου. ὁ. exterminatus, correptus, qui defluxit, obſcuratus. Poëticum eſt pro ἐφθαρμένος.

Διακέκοπται. reprobatum eſt, ἀδόκιμόν ἐστι. nam illegitimum numiſma intercidebatur olim.

Διακεκριμένως. diſcrete, διακεχωρισμένως.

Διακελεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. hortor. Depon. datiuo.

Διακενῆς. ſuperuacuè, fruſtra.

Διακενής. έος. ὁ, ἡ. ſuperuacuus.

Διάκενος. ου. ὁ, ἡ. uacuus, manis, exhauſtus, effœtus. Vnde διάκενον δέρμα dicitur de iis, qui ſame aut morbo exhauſti ſunt. Lucianus de iis, quos uiderat apud inferos, φοβερόν τι (inquit) καὶ

διάκενον ἀνδραπόδων καὶ γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων.

Διακεντέω. perpungo, affigo.

Διακερδαμᾶ. improbat.

Διακεχλιδώς. ὁ. uel διακεχλιδώς. delicians, diffluens deliciis.

Διακεχυμένος. particulatim elocatus.

Διακεχυμένος. ὁ. ſolutus, fuſus.

Διακήκοος πιττακοῦ. Pittaci auditor.

Διακηρυκεύεσθαι. per præcones & internuncios de pactis agere. Bud. Com.

Διακιγκλίζω. concutio, moueo, διασείω ἀπὸ κίγκλος motacilla auicula.

Διακινδυνεύομαι. periculo petor.

Διακινδυνεύω. μ. εύσω. π. ευκα. periclitor. Neutr. abſol.

Διακινέω. permoueo.

Διακλάω. μ. άσω. π. ακα. frango. Accuſ.

Διακλείω. μ. είσω. π. εικα. intercludo. Accuſat. iungitur.

Διακλέπτω. ſuffuror, ſubduco.

Διακληροῦσθαι eſt κατὰ κλῆρον διανέμεσθαι, hoc eſt ſorte partiri. Bud. Com.

Διακλιτικά. ὧν. deriuationes.

Διακλιμακίζω. ſupplanto, ſupero. κλιμακισμὸς enim palæſtræ genus eſt.

Διακλονέω. commoueo, διασείω.

Διακλύζω. colluo.

Διάκλυσμα. τὸ. collutio.

Διακναίω. prurio, confrico.

Διάκνω. mordeo, diſſeco.

Διακοιρανέω. μ. ήσω. π. ηκα. dominor.

Διακομιδή. ῆς. ἡ. tranſportatio.

Διακομίζομαι. διέρχομαι, traiicio, tranſmitto flumen, uel fretũ, apud Thucyd. Bud. Cõ.

Διακομίζω. μ. ίσω. π. ικα. tranſucho, perfero, βαστάζω. Accuſ. iung.

Διακομιστής. οῦ. ὁ. tabellarius, lator.

Διακονάω μ. ήσω. π. ηκα. acuo. Accuſ.

Διακονέω. μ. ήσω. π. ηκα. inſeruio, miniſtro, obſequor, operam alicui nauo. Neut. cum dat. & accuſ. Bud. Com.

Διακονία. ας. ἡ. miniſterium, obſequiũ. Hinc illud in ingratos, κενοῦ διακονία.

Διακονικὸς dicitur ὁ ἐπιτήδειος εἰς τὰς ὑπηρεσίας, qui & ὑπηρετικὸς dicitur. Bud. Com.

Διακόνιον.ι.τό. diaconatus, ſacrarium, placentæ baſis, genus bellarij.
Διακονίς.ι. adornatio, textura quædam, homo gracilis.
Διακονίζω. perdo, comburo, διακαίω.
Διάκονος.ο.ὁ. miniſter, Mercurij deorũ miniſtri epitheton.
Διακονοῦμαι, actiuè. miniſtro, et gero, adminiſtro. Capitur interdum paſſiuè.
Διακοπή.ῆς.ἡ. interciſio, ſeparatio.
Διάκοπαι. ſciſſuræ. Sic item uocabantur in aggeribus meatus interciſi, ſiue incilia hiantia, per quæ Nilum tranſmittebant in arua remotiora ſegetibus deſtinata.
Διακόπτω.μ. ψω. π. ψα. intercido, frango, dirimo, disiungo, interrumpo. Interruptio & interpellatio præſcriptionum hoc uerbo in Pandectis Græcis ſignificatur. Διακόπτειν τὴν ἡμέραν, dirimere diem, uel diffundere diem. Διακόπτειν τὸν ἀγῶνα τὴν ἀμφισβήτησιν, dirimere controuerſiam. Eſt etiam aciem perrumpere, impreſsionem facere, Xenophon.
Item traijcere, pertundere. Lucianus. Τὸ δὲ βέλος ... διακόψαν ἄχρι τῆς ... . Item interfari, & interpellare loquentem. Item nouitatem uetuſtis rebus dare, id eſt interpolare. Bud. Com. & Annot.
Διακοράζειν, ut Suid. ſiue διακορίζειν, ut Heſych. eſt immotis, & fixis oculis intueri.
Διακόρευσις.εως.ἡ. & διακόρησις. ſtuprum.
Διακορέω.μ.ήσω.π.κα. & διακορεύω.μ.εύσω.π.ευκα. ſtupro, uitio uirginem. Terent. imminuere uirginitatem, & uitium offerre uirginitati dixit. Plautus pudicitiam imminuere, & uitium addere pudicitiæ. Cicero offerre ſtuprum. Dicitur & διαπαρθενεύω pro eodem. Actiu. accuſ.
Διακορής.έος.ὁ,ἡ.καὶ
Διάκορος.ου.ὁ. ſatiatus, repletus.
Διακορκορυγέω.μ.ήσω.π.ηκα. turbo, ſonum cieo, ut cum uentris ſtrepitum edo.
Διακοσμέω.μ.ήσω.π.ηκα. guberno, diſpono, orno, digero, deſcribo, compoſitè & ordinatè, decoreq; coagmento. Actiu. accuſ. Bud. Com.
Διακόσμησις. diſpoſitio, digeſtio, & rata diſtinctio, ordo rerum compoſitè diſtinctarum, deſcriptio. Sic Cicero, Domus finis eſt uſus, ad quam accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. Bud. ibidem.
Διακοσμός.οῦ.ὁ. apparatus, digeſtio, diſtinctio, compoſitio ordinata, διακόσμησις. Dionyſ. διακόσμησιν ἐκκλησιαστικὴν uocat, & διακοσμὸν, ordinem ſacerdotum, hoc eſt gradus ſacris ceremonijs operam nauantium & aſſcriptorum. In cœlo uero διακοσμὸν uocat deſcriptionem mentium beatarum, hoc eſt nouem illos ordines cœleſteis. Bud. ibid.
Διακοσιοστός.ῆ.ὁ. ducenteſimus.
Διακούω. audio. præteriti particip. διακηκοώς.
Διακραδαίνειν. quaſſare, mouere. ποιητ.
Διακριβολογέομαι. ſcrupuloſe diſputo.
Διακριβῶ, διακριβῶ, ἀπακριβῶ, pro eodem ponuntur, hoc eſt exactè compono, & abſoluo, omni ope, & exacta diligentia efficio, hoc eſt ἀπεργάζομαι. Significat etiam exactè reſpondeo, id eſt ſtatis horis euenio. Bud. Com.
Διακριδόν. electè, egregiè, omnium calculo approbatum.
Διακεκριθέντα.τά. digreſsi. Iliad. η. τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν ἀχαιῶν.
Διακρινίζω. elimo, expolio.
Διακρίνομαι.μ.οῦμαι. prohibeo, dijudico, diſcerno, diſpartio, diſcepto, ambigo, iudicio contendo, ſub iudice certo, perficio. Bud. Com.
Διακρίνω. conſidero. Bud. ibidem.
Διάκρισις.εως.ἡ. diſcrimen, diſceptatio, hæſitatio. Bud. ibidem.
Διακριτικός.οῦ.ὁ. diſcernendi uim habens.
Διακροβολίζομαι. prælium laceſſo.
Διακρόως. duriter, crudeliter.
Διακρούομαι. &
Διακρούω.μ.ούσω.π.ουκα. propulſo, protelo, repello, moueo, amoueo, diem eximo, dilationes fruſtratorias quæro, obturbo.
Διάκροτος.ο.ὁ. &

Διάκτωρ. ορος. ὁ. internuncius, Mercurij epi-
Διακτόρως. pacifice. (ſheton.
Διακυβεύω. aleam iacto, periculum ſubeo.
Διακυκᾶν. perturbare.
Διακυλινδέω. deuoluo, peruoluo.
Διακυνοφθαλμίζεσθαι. impudenter reſpicere, in faciem procaciter reſiſtere.
Διακυμαίνω. concito. Bud. Com.
Διακύπτω μ. ψω. π. κυφα. proſpicio, tranſpicio, uel clatros uel rimas perſpicio. Actiu. accuſ. Bud. Com.
Διακυρίττεσθαι. repugnare, obarietare.
Διακωδωνύω. &
Διακωδωνίζω. δοκιμάζω. exploro, probo, experior. Sumptum ab equis, quos tintinnabulorum ſtrepitu explorare mos erat, ſiue ab ijs, qui ictu cum nobis excubias explorabant. Eraſm. Chil.
Διακωχή. ῆς. ἡ. remiſsio, intermiſsio rei alicuius, induciæ.
Διακωλύτης. ου. ὁ. prohibitor.
Διακωλύω. prohibeo, arceo, impedio.
Διακωμῳδῶ. traduco, exaggero, amplifico.
Διαλαγχάνω. λήξω. β. διέλαχον, ſortior.
Διαλακέω. rūpo, diſcindo. λακὶς γὰρ τὸ χίσμα.
Διαλαλέω. confabulor, diuulgo.
Διαλαμβάνω. diuiſim capio, diuido, diſpono, diſtinguo, dirimo, diduco, interſepio, intercipio, diſpeſco, diſgrego, diſtribuo, Plato Sympoſ. Ariſtoteles quarto Politicon, Xenophon quinto παιδ. & Herodotus Thal. Item complector, explico, diſcepto, diſputo, tracto, commentor. Ariſtoteles, δεῖ δὲ διαλαβεῖν περὶ τῆς ἀβουλίας, τί ἐστι. Plato in Tim. κοινῇ δὲ διαλαμβάνοντες πάντες, Communi conſenſu diſputantes. Theophraſtus ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν διαλαβεῖν, In uniuerſum & collectim explicare, ſummario tractatu complecti. Item adminiſtro, rego, διαχειρίζω, Plato Polit. τὰ τοῦ κόσμου διειλημμένα. Item concipio, comprehendo. Ariſtoteles, ῥᾴδιον μὲν περὶ τούτων καὶ διὰ τῶν ἔργων διαλαμβάνειν τὴν πίστιν, Probationem & explorationem capere, & animo concipere, et ſit διαλαμβάνω ἀντὶ τοῦ λαμβάνω. Item pro διορίζω. unde διειλημμένως, certè, præciſe. Xenophon Oecon. καὶ διειλημμένως ἐκρίθην, Et accuſatus ſum certa & præciſa iudicij formula. Item intercipio, ut ὁ δὲ διέλαβεν τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς, Qui uias obſedit, & intercepit tranſitus ſtationarijs militibus. Item arbitror, exiſtimo. Refertur etiam ad διαδίδωμι, ut ſit διαμετρῶμαι, cum ſinguli ad menſuram accipiunt frumentum, aut uirilem portionem. Sic διανέμομαι, ut διανέμεσθαι τὰ κοινά, apud Andocid. partiri inter ſe peculatum. Bud. Com. & Annot.
Διαλάμπω perſplendeo, interluceo.
Διαλανθάνω. μ. λήσω. lateo, deliteſco.
Διάλαυρος οἰκία. domus ampla, nullis alijs coniuncta. Latini inſulā uocāt. Bud. Cō.
Διαληγδόν. præcipuè, inſigniter.
Διαλέγομαι. comprobo, confabulor, uerba facio, diſputo, diſſero, interrogo, & ad interrogata uiciſsim reſpondeo, exquiſite ſermocinor, accurate aliquid dico. Budæus Commentarijs.
Διαλέγω. diſcerno, incerno, διορύττω. Budæus ibidem.
Διαλείβομαι. reſtagno.
Διάλειμμα interuallum, interſtitium.
Διαλεῖπον. τὸ. intercepium.
Διαλείπω. μ. λείψω. π. λοιπα. intermitto, diſto, diſſero, relinquo ſpacium, deſiſto, moror.
Διαλείφω. deleo.
Διάλειψις. εως. ἡ. intermiſsio.
Διαλεκμᾶσθαι. traducere, cauillari.
Διαλεκτική. ῆς. ἡ. dialectica, ars diſſerendi.
Διαλεκτικός. οῦ. ὁ. dialecticus, hoc eſt (ut interpretatur in Craty. Plato) qui interrogare, & ad interrogata aptè reſpondere norit. Bud. Com.
Διάλεκτος. ου. ὁ. idioma, proprietas linguæ, diſputatio rerum, lingua. Bud. ibidem.
Διαλελαμμένος. diſtributus. Herodot. Thal. οὗτος (ποταμὸς) ἄρδει διαλελαμμένος.
Διαλελύσθαι. decidere, tranſigere. (peritia.
Διαλελωβημένος ἀπαιδευσίᾳ. corruptus im-
Διάλεξις. propriè dicitur hominum ſcita & emendata ſermocinatio, diſceptatio, diſputa-

diſputatio. Item diuiſio. Bud. Com.

Διαλεπτολογοῦμαι. de rebus paruis ſubtiliter diſputo.

Διαλευκαίνω. dealbo.

Διάλευκος. ου. ὁ. medio candidus. Plinius libro 21. capite 6.

Διάλημμα. διάλειμμα.

Διάληξις. ſortitio, diuiſio per ſortem.

Διάληψις. ἡ. ὑπομνηματισμὸς, diſputatio, diſceptatio, explicatio rei quæ tractatur, commentatio, ut ſcribentis cõmentarios. Itẽ intercapedo, interceptio. Bud. Com.

Διάλιθος. ου. ὁ, ἡ. gemmatus.

Διαλιχμάζω. perlambo.

Διαλλακτῶς. conciliabiliter, φιλικῶς.

Διαλλαγὴ. ῆς. ἡ. ſententia compromiſſariorum iudicum, conciliatio, fœdus, amicitia. Item differentia. Alicar. in Iſocrate, ἐν τῇ διαλλαγὴν οὐδεμίαν ἔνεσχον. Item conſummatio, ſchema, cum plura argumenta in unum effectum deducuntur. Budæus Commentarijs.

Διαλλάκτης. ου. ὁ. pacificator, conciliator, qui ſtudet dirimere lites & bella, arbiter compromiſſarius, in quem litigare nolentes compromittunt, ut quicquid ille de controuerſia ſtatuerit, uelut ius & æquum à petitore, ab eó que unde petitur, habeatur. Dicitur etiam ſequeſter, qui à Cicerone appellatur ambitus interpres, & corrumpendarum tribuum conductor. Budæus Commentarijs..

Διαλλάττω. μ. ξω. π. αχα. litẽ inter amicos dirimo, cõcilio, Demoſth. κατὰ μειδ. Itẽ differo, διαφέρω, Lucia. Item permuto, ἀνταλλάττομαι, muto, μεταβάλλω, cõmuto, ut διαλλάξαντες τὰ ὅπλα ἀλλήλων. Item prætereo, ἀμείβω. Item induo apud Plutarchum in uita Cic. Bud. Com.

Διάλλομαι. ſalio.

Δίαλμα. ατος. τὸ. ſaltus.

Διαλογὴ διάλεξις, ἐκλογὴ, delectus, dinumeratio cum delectu, ſecretio, diuiſio, diſputatio. Budæus Commentarijs.

Διαλογίζεσθαι. eſt rationem inire cum aliquo, & ſubducere accepta, & expenſa. Demoſth. ὁ δὲ διαλογισάμενος πρὸς τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν, ἀφῆκεν αὐτὸν. At hic poſitis cum patre meo calculis, & ratione collecta, acceptilatione eum liberauit. Item diſſerere & diſceptare, id eſt διαλέγεσθαι. Item dubito, cogito, ut διαλογίζομαι ταῦτα, animo hæc uoluo. Bud. Com.

Διαλογικά. ſcripta ſunt, in quibus perſonæ introducũtur, ut ἐν τοῖς τοῦ πλάτωνος διαλόγοις, ita ut quæ ſcribuntur, perſonarum potius authoritate, quàm ſcribentis nitantur. Et hæc ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, quia ad uulgi utilitatem, & inſtitutionem ſcribebantur, nõ ad lectorum tantum, diſcipulorumq́ ſcribentis, & familiarium. Bud. Com.

Διαλογισμός. οῦ. ὁ. diſputatio, diſceptatio, ſermocinatio, ratiocinatio, reputatio, & confabulatio, ὁμιλία, διάλεξις. Item inteſtina ſermocinatio & cogitatio. Lucæ 9. ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν. Item blateratio, & uaniloquium, dubitatio. Budæus Commentarijs.

Διάλογος. ὁ. ſermocinatio, Quintilia. dialogus, hoc eſt ſermo ex interrogatione, & reſponſione compoſitus de ea re, quæ uel philoſophiam, uel reipub. parteis attingat, diſceptans cum appoſita uerborum, perſonarumq́ expreſſione. Laërtius in uita Platon. & Bud. Com.

Διαλοιδορέομαι. καὶ

Διαλοιδορέω. maledico, conuicior.

Διαλύγισμα. τὸ. nexus, complicatio.

Διαλυμαίνομαι. deſtruo, βλάπτω, ζημιῶ.

Διαλύομαι. diſcedo, abeo, abſoluor, à comitatu dimittor. Item morior. Item decido cõtrouerſiam, tranſigo negotium iudiciale, litem conſenſu mutuo dirimo, quod trãſigere plerunq́ Iuriſconſulti uocant. Et in bellicis rebus ponitur etiam pro dirimere, ut διαλύεσθαι τοὺς πολέμους, Iſocrates. Item pacem inter ſe componere, & fœdus icere, ut διαλύεσθαι πρὸς τοὺς ὁμόρους apud Polyb. & Plutarchum. Bud. Com.

Διάλυσις. εως. ἡ. induciæ, fœdus. Item diſſolutio, explicatio, interitus, rerũ compoſitio ad deceſſum. Aliquando ſolutio, gratiæ relatio. Item cum acceptilatum eſt, aut

deciſum, hoc eſt, ὅταν ὁ ἐγκαλῶν ἀπολύῃ, καὶ ἀφῇ τὸν φεύγοντα τῶν ἐγκλημάτων, ὧν ἐνεκάλει αὐτῷ. Bud. Com.

Διάλυσιν. τὸ. diſſolutio.

Διάλυτος. ου. ὁ. diſſolutus.

Διαλύω. μ. ύσω. π. υκα. diſſoluo, dirimo, ut διαλῦσαι τὴν ἀμφισβήτησιν., dirimere controuerſiam. διαλῦσαι τὴν ἡμέραν, dirimere tempus, diffundere diem. Item interrumpo, interpello. Διαλῦσαι τὸν σύλλογον, cœtum dimittere. Item reconcilio, in gratiam redeo. Item ſoluo, ſatisfacio. Διαλύσαι τὸν ἐγκαλοῦντα eſt liberare, hoc eſt ἀπαλλάξαι. Eſt autem unum ex ijs uerbis, in hac quidem ſignificatione, quæ actiua, & paſsiua uoce pro eodem ponuntur. Bud. Com.

Διαλφιτόω. μ. ώσω. π. ωκα. farina conſpergo. Accuſ.

Διαμαδῶ. conſpergo, rigo, διαβρέχω.

Διαμαλάσσω. mollio.

Διαμαντεύομαι. uaticinor.

Διαμαρτάνω. pecco, erro, aberro, fruſtror, ἀποτυγχάνω. Genitiuo iungitur.

Διαμαρτυρεῖν. eſt quaſi de ſcripto cõteſtari, ut planum ſit animaduertentibus. ὁ δ' οὖν διαμαρτυρῶν, affirmabat & teſtificabatur quiddam non in ſua, ſed in aliena cauſa, in qua exceptionem intendens liti ſe offerebat, quo facto litem ſuam faciebat teſtificando. Qui ſi mendacij conuinceretur, ψευδομαρτυριῶν, id eſt falſi crimine damnabatur. Bud. Com.

Διαμαρτυρία. ας. ἡ. genus eſt exceptiõis. eſtq; Demoſtheni inſtantia litis, ſummotrix petitionis hæreditatis, aut bonorum poſſeſsionis agnitæ à propinquis. Bud. Com.

Διαμαρτύρομαι. proteſtor, teſtato reclamo, quiritor, hoc eſt deos, hominesque conteſtor. Διαμαρτύρομαί σοι, τὸ βεβαιοῦν.

Διαμασησάμενος. ου. ὁ. qui præmanducauit.

Διαμάσημα. τος. τὸ. id quod in ore mãſum eſt.

Διαμάσησις. εως. ἡ. manditio, mandùcatio.

Διαμάσσειν. ſubigere.

Διαμαστίγωσις. diſflagellatio.

Διαμαστροπεύω. lenocinor.

Διαμάχη. ἡ. oppugnatio.

Διαμάχομαι. repugno.

Διαμάψαι. abſtergere.

Διαμάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſcindo, demeto.

Διαμείβομαι. μ. ψομαι. π. ειμμαι. permuto. Depon.

Διαμειδιάω. μ. άσω. π. ακα. ſubrideo. Neutr.

Διαμειρακιεύομαι. iacto me & glorior adoleſcentis licentia. Plutarchus, ὥσπερ ἐν σοφισταῖς διαμειρακιευόμενος, Quaſi apud ſophiſtas glorians, & ſeſe iactans iuuendi licentia. Bud. Com.

Διαμελαίνω. obſcuro, nigrefacio.

Διαμελισμός. οῦ. ὁ. diuiſio.

Διαμελλητής. cunctator.

Διαμέλλων. ὁ. ἀμελλής.

Διαμέλλω. cunctor, differo, moror.

Διαμεμετρημένη ἡμέρα. dimenſa dies. Budæus Commentarijs.

Διαμέμφομαι. longè lamentor.

Διαμένω. ενῶ. perſeuero. Neut. abſol.

Διαμερίζω. μ. ίσω. π. ικα. diuido. Accuſ.

Διαμερισμός. οῦ. ὁ. ſeparatio.

Διάμεσοι. οἱ. mediocris fortunæ homines.

Διαμετρέω. μ. ήσω. π. ηκα. metior, dimetior. Accuſ.

Διαμετρητός, menſuratus, διαμεμετρημένος.

Διάμετρος. ου. ὁ. diameter, dimenſor, perpendiculum, linea recta, figura, qua longiſsimè patet, ex æquo ſecans. Vide adagium. Ex diametro.

Διάμηνον. τὸ. bimeſtre.

Διαμηρίζω. futuo.

Διαμηρισμός. οῦ. ὁ. coxizatio.

Διαμιλλάομαι. contendo.

Διαμνημονεύω. in memoriam reduco, & reuoco, memoria repeto. Lucianus. καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς διαμνημονεύουσι, Et uerba ſibi dicta in memoriam reuocant.

Διαμοιράομαι. diuido, diſtribuo, ἢ τὰς μοίρας μέμφομαι.

Διαμονή. ῆς. ἡ. manſio, permanſio.

Διαμορφοῦσα. ἡ. informans, effingens.

Διαμοτῶ. illitum linamentum in ulcere condo. Aegineta, καὶ τῷ βασιλικῷ λυθέντι ῥοδίνῳ διαμοτοῦσθαι, ἀκολούθως ἀποθεραπεύειν

πιν. Budæus Commentarijs.
Διαμπάξ. per uniuerſum, utrinq;, totaliter, ſemper.
Διαμπείρω. perforo, διακείρω.
Διαμπερής. traiectum utrinq;, omnino.
Διαμπερέως. exactè.
Διαμπισφορέω. perforo, diſcindo.
Διαμπραθίειν. uaſtare.
Διαμυδαίνω. percolo, transfundo, διηθέω.
Διαμυθολογέομαι. confabulor.
Διαμύλλησις. deceptio.
Διαμυλλαίνω. moueo labra, torqueo labra in alicuius contemptum, irrideo.
Διαμφάδιος, uel διαμφίδιος. alienus, ſegregatus.
Διαμφίς. utrinq;.
Διαμφισβητέω. μ. ήσω. π. ηκα. certando mihi, ſiue dubitando iudico.
Διαμφοδεῦσαι. deuiare.
Διαναπαύω. recreo, requieſco.
Διαναστῆναι. aſſurgere.
Διαναῦσαι. traÿcere.
Διάνδιχα. diuiſim, dupliciter, in duas parteis.
Διανέμομαι. ſerpo, diuulgor, partior. Budæus Commentarijs.
Διανέμω. μ. νεμῶ. diſtribuo, cõmitto, mando.
Διανεύω. μ. νεύσω. π. νευκα. annuo, innuo, indico, inuerto.
Διανήχομαι. tranato, traÿcio, pertranſeo.
Διανθής. έος. ὁ, ἡ. habens duplicem florem.
Διανθίζω. μ. ίσω. π. ικα, facio florere, flores colligo, floreo, uariegatus ſum et diſtinctus.
Διανίζω. lauo, purgo.
Διανίσταμαι. μ. ναστήσομαι. exurgo, excito, eleuo.
Διανοέω. μ. ήσω. π. ηκα. animaduerto, delibero, cogito, in animo habeo, imaginor.
Διανοηθείς. έντος. ὁ. animo uoluans.
Διανόησις. εως. ἡ. deliberatio, animaduerſio.
Διάνοια. ας. ἡ. ſententia, intelligentia, ingenium, mens, ſenſus, ſenſum, cogitatio, intellectus. Vna ex quatuor animæ affectionibus, media quę eſt inter νόησιν, δόξαν, ſiue πίστιν, & circa mathematica uerſatur. Item ſchema apud Oratores ſenſum magis, quàm uerba deſignãs. Budæus Commentarijs.

Διανοίγω. adaperio.
Διανομεῖς. οἱ. diſpenſatores.
Διανομή. ῆς. ἡ. diſtributio, diuiſio, largitio ad populum.
Διαντλάω. μ. ήσω. π. ηκα. exhaurio. accuſ.
Διαντλέω. perfero.
Διανυκτερεύω. μ. εύσω. π. ευκα. pernocto, διαγρυπνῶ. Eodem modo διαμερεύειν Attici dicunt. Neut.
Διανύττω. καὶ
Διανύω. μ. ύσω. π. υκα. perficio, tranſigo, perago. Βίος διηνυσμένος, acta ætas. Accuſ.
Διαξαίνω. carpo, lanio, ἀναιρῶ, διακόπτω.
Διαξιφίζεσθαι. propriè gladio decertare. Ponitur pro pugnare quouis modo.
Διαπαγκρατιάσας. ὁ. qui decertauit.
Διαπαιδαγωγῶ τὸν καιρόν. tempori ſeruio, tempori me accommodo. Bud. Com.
Διαπαίζω. derideo.
Διαπαλαίω. luctor.
Διαπάλη. ης. ἡ. lucta. Ἐν διαπάλαις γενόμενοι, Cum iam luctari cœpiſſent.
Διαπαντός. ſemper.
Διαπαπταίνω. circunſpectare, παπταίνω. Budæus Commentarijs.
Διαπαρατριβή. ῆς. ἡ. conflictatio, aſſiduitas.
Διαπαρθενευθεῖσα. ſtuprata.
Διαπαρθενεύω. μ. εύσω. π. ευκα. deuirgino, ſtupro uirginem, διακορεύω. Accuſ.
Διαπαρθένια. τὰ. munera quæ ſponſæ pro delibata uirginitate dantur. Cælius libro 11. capite 60.
Διάπασμα. ατος. τὸ. inſpergimen, unguentum quoddam, quod aridis odoribus conſtat. Fit autem ad ſudores coërcendos, ut à balneis inareſcant corpora.
Διαπάσσω. inſpergo.
Διαπατταλεύω. clauis humi affigo, et extẽdo.
Διάπειρα. ας. ἡ. experimentum.
Διαπατάω. decipio.
Διαπειλέω. minor.
Διαπειράω, tranſfigo, traijcio.
Διάπειρος. ου. ὁ. ignotus.
Διαπελεκίζω. ſecuri ferio.
Διαπέμπομαι. accerſo, edico. Significat etiam ablego, ſicut διαπέμπω, mitto le-

gatos. Budæus Commentarijs.

Διαπεπασμένα. τὰ. diſperſa maculis.

Διαπεραιόομαι, & διαπεραιόω. μ. ώσω. π. κα. prodeo, exeo.

Διαπερδικίσαι. traducere, culpare.

Διαπερονάω. fibula connecto.

Διαπεραιόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. tranſeo, trāſmeo. Neutr. accuſ.

Διαπίθοιμι. ſpe fruſtrarer, Ariſtoph.

Διαπέτονται. peruolant.

Διαπεφθύω. transfero.

Διαπεφώνηκεν. extremam uocem ædidit, expirauit. Chryſoſt.

Διαπήγνυμι. adopto, conglutino.

Διαπηνικίζειν. fuco imponere, fallere. πηνίκην enim adulterinā comā dixere Attici.

Διαπήρωμα. τὸ. oblæſio.

Διαπιδύω. reſudo.

Διαπιθηκίσαι. ludere, ſumptum à ſimijs.

Διαπινόμενον. ε. epotum.

Διαπίνω, τὸ προπίνω.

Διαπίπτω. μ. σω. elabor, interlabor, Xenoph. ἐπ. lib. 3. & 4. Item intercido, quaſi inter digitos labor. Item διαλύομαι & φθείρομαι, hoc eſt diffluo, & euaneſco, Plato. in Phæd. Eſt etiam aliquando intercipi. Plut. in Apoph. διηρεθέτη διαπεσεῖν. Item διαμαρτάνειν, aberrare. Bud. Com.

Διαπιστέω. μ. ήσω. π. κα. non credo.

Διάπλασις. figura.

Διαπλάσματα. τὰ. unctiones, aut fomenta, quibus totum corpus oblinebant.

Διαπλάττω. conformo, formo, ut diſcipulus formatur à præceptore. Item illino. Dicitur Galeno de membris fractis, quæ ſanata reconcinnantur, & formæ ſuæ reſtituuntur.

Διαπλίκω. διασπῶ, diſsipo, perſtringo, perrumpo. Item uariegare, διάγειν, Ariſtoph. Auib. Bud. Com.

Διάπλεος. ε. ὁ, ἡ. plenus.

Διαπλέω. pernauigo, enauigo.

Διαπληκτίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. decerto, pugno, contendo. Datiuo iungitur.

Διαπλήσσω. perfringo, diſsipo.

Διαπλοκή. ῆς. ἡ. ſimultas.

Διαπνεόμενοι. cui facile ſucci perſpirabili cute digeruntur. Bud. Com.

Διαπνέω. effluo, efflo, euaneſcere facio, diſflor, euaporor.

Διαπνοή. ῆς. ἡ. aëris attractio præter propoſitum, ſpiraculum. Cæl. lib. 14. cap. 52.

Διαποδίζω. exquiro, examino, extorqueo, tormentis exquiro.

Διαποδισμὸς. ε. ὁ. genus ſaltationis.

Διαποίκιλος. uerſicolor, gemmis diſtinctus. Budæus Commentarijs.

Διαπολεμῶ. decerto, rem gero.

Διαπολιτεύονται. dicuntur propriè ciues, quando inter ſe digladiantur contenduntq́, ac bellum agunt inteſtinum, quod etiam ἀντιπολιτεύεσθαι dicitur Theopompo.

Διὰ πολλοῦ. diu, multo tempore, multo poſt.

Διαπομπεύω. in pompam progredior.

Διαπονδαείζω. diſijcior.

Διαπονέω. &

Διαπονοῦμαι. ἐξεργάζομαι, elaboro, expolio, conficio, exeolo. Xenoph. ἐκπλέω δὲ πάντα διαπονούμενοι, Summo labore efficientes. Et διαπονοῦμαι, τὸ πλεῖ τι καταγίνομαι καὶ ἐνεργῶ, καὶ ἀσχολοῦμαι, ſatago, cum labore occupor.

Διαπονῶ τὸ σῶμα, ἀντὶ τοῦ ἀσκῶ καὶ γυμνάζω. Budæus Commentarijs.

Διαπόνους. canes quoſdā uocabant Cretenſes, quibus in uenādo gloria erat plurima. Sic dicti à labore, ſiquidem noctu etiam laborabant, ſæpeq́ feris aſsidentes dormiebant, mox exorta luce depugnaturi.

Διαπόντιος. ε. ὁ, ἡ. maritimus, mare peragrās.

Διαπορθμεύω. traijcio.

Διαπορεία dicitur Græcè, quā uulgò uocant oppoſitionem, Cic. interceſsionem. Unde διαπορευόμενος, interceſſor, ſicut idem li. 3. de Legib. Interceſſor rei malè ſalutaris eſto ciues. Bud. in Annot. & Com.

Διαπορέω. μ. ήσω. π. κα. dubito, admiror, interrogo, inquiro cū dubitatione, ſum ancipitis animi, ac conſilij inops. Unde διαπορεῖσθαι, quod plus eſt quàm διαπορεῖν. Plato in Phæd. ὑπ' ἀγχιώνης διαπορούμαι, Prorſus ad infantiam redigar. Bud. Com.

Διαπόρησις. ιος. ἡ. dubitatio.

Διαπορθμεύω. καὶ

Διαπορθμίω. transfero, traijcio, trantueho, tranſmitto, διαβιβάζω, διακομίζω. Plato ait dæmonē ἑρμηνεύειν καὶ διαπορθμεύειν θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν. Hoc modo Dionyſ. διαπορθμευτὴν pontificem facit, quaſi conciliatorem, trāſmiſſorem, portitoremq́ humanarum precationum ad deum, diuinarumq́ rerum ad hominem deportatorem, per quem commeatus ultro citroq́ datur. Bud. Com.

Διαπορία. dubitatas.

Διαπορούμενος. ου. ὁ. ſtupore attonitus, cunctabundus.

Διαπόρφυρος. ου. medio purpureus.

Διαπραθεῖν. uendere, πωλεῖν.

Διαπράττεσθαι. paciſci. Lucian. Necro. ἄριστον οὖν ἐνόμιζον εἶναι παρά τινος τούτων διαπραξάμενον τὴν κατάβασιν. Itē conficere, trāſigere, perficere & peruincere contendendo, & aſſequi, exequi. Lyſ. ἐγὼ διεπραξάμην, ὥστε τοὺς πρώτους τεταγμένους μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις, Tandē peruici, ut me in prima acie pugnante alij ſubſiſterent. Item patrare, Demoſthen. Item enarrare, ut τὰ ἀπόρρητα διαπράττεσθαι. Διαπεπραγμένον ἔριον, elaborata lana. Bud. Com.

Διαπράττω. idem quod διαπράττομαι, perficio, abſoluo. Plut. in Cæſa. διαπέπρακτ' ἂν ὁ πόλεμος, Iam confectum eſſet bellum. Bud. ibidem.

Διαπρεπής. ἐος. ὁ, ἡ. eximius, inſignis.

Διαπρέπω. μ. ψω. perſeuero honeſtè uiuens, κάλλιον πρέπω τι, καὶ πρεπόντως διάγω, excello, proficio, luceo, renido, ut διαπρέπω τούτοις, excello hos eleganter uiuendo. Item orno. Plato in Gorg. φύσιν ψυχῆς ὥσπερ μεγαλοπρεπεῖ τινι διαπρέπω μορφώματι.

Διαπρεσβεύομαι. καὶ

Διαπρεσβεύω. legatos mitto.

Διαπρίψας ὁ λαμπρός.

Διαπρήσσω. ſeco, pertranſeo, perſulco, Odyſ. β. Item ſeduco, mentior.

Διαπρεσβεύω. indicium deſero.

Διαπιέζομαι. premo, furio in aliquem.

Διαπτείω. μ. ίσω. π. ικα. ſeco, deſeco. Accuſ.

Διαπρό. per totum, omnino prorſus, Iliad. π.

Διαπροΐεσο. pertranſibat.

Διαπρύσιος. ου. ὁ. penetrabilis, auditui peruius, clarus, omnibus modis commodus, et abſolutus. Διαπρύσιος πόλεμος, inexorabile bellum.

Διαπταίω. effutio, eglomero. Lucian. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίοντος ἢ βαρβαρίζοντος.

Διαπτάω. μ. ήσω. π. ηκα. offendo, uolo. as.

Διαπτερόω. extendo, proprie alas.

Διαπτοιέω. μ. ήσω. π. ηκα. terrefacio. Accuſ.

Διαπτοηθείς. έντος. ὁ. trepidus.

Διάπτοντες. ſtellæ appellantur micantes.

Διάπτυξις. ιος. ἡ. ſolutio, explicatio.

Διαπτύω. deſpuo. accipitur pro contemnere, & auerſari.

Διάπτωσις. ιος. ἡ. diſſolutio.

Διαπυκτεύω. μ. εύσω. π. ευκα. pugnis decerto. Neutrum.

Διαπυνθάνομαι. percunctor, ἐρωτάω.

Διαπυρίζομαι. accendor, iraſcor, διοργίζομαι.

Διάπυρος. ου. ὁ, ἡ. ignitus, candidus, acer.

Διαπυρόω. μ. ώσω. π. ωκα. accendo.

Διαπυρσεύω. ſublato igniculo quippiam ſignifico, illuſtro, conſpicuum facio. Bud. Commentarijs.

Διάπυστα. audita & intellecta.

Διάραι τὸ στόμα. os aperire.

Διαραίνω. inſpergo.

Διάραβδος. ου. ὁ. ῥαβδωτός.

Διάργεμος. partim albus, partim niger.

Διάρδω. irrigo. Acti. accuſ. iung.

Διαρθρόω. articulo.

Διαρθρόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. confirmor in membris.

Διαρθρόω. μ. ώσω. π. ωκα. per membra compono, ordino, trado, exprimo.

Διαρθρωμένος. ου. ὁ. fiſtuloſus, perfectus.

Διάρθρωσις. ιος. ἡ. articulatio, explanatio, mēbratura, formatio, commiſſura artuum.

Διαρθρωτικός. ου. ὁ. proſpectans.

Διαριθμοῦμαι, τὸ διαλογίζομαι.

Διαριπίζομαι. iaculum tranſmitto.

Διαρκέω. μ. έσω π. εκα. perſeuero, perduco,

duro, ſufficio, adiuuo.

Διαρκὴς. έος ὁ, ἡ. duratiuus, ſufficiens.

Διαρκῶς. ſufficienter.

Δίαρμα. ατος. τὸ. ὕψωμα, ſpacium, interuallũ. Vtitur eo Hermogenes περὶ λαμπρότητος.

Διαῤῥοθέω. perturbo.

Διαρπάζω. rapto, diripio.

Διαῤῥαίω. uaſto, corrumpo, mollio, diffluo. Odyſ. α.

Διαῤῥήγνυμι μ. ήξω. π. ηχα. interrumpo, dirumpo, per medium rumpo. Item rumpo, id eſt ſtomachum moueo, diſrumpo, dolore & indignatione impleo. Sic Cice. Licentia audacior, qua ante rumpebar, nũc ne moueor quidẽ. Sic rumpi dicuntur inuidi. Demoſth. οὐκ ἂν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος. Stomachandi etiam uerbũ à Latinis in eadem ſignificatione uſurpatur, quod eſt δάκνεσθαι, πίμπρασθαι, ἀποπνίγεσθαι. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Διαῤῥήδην. palàm, luculenter. Bud. Com.

Διαῤῥήκτης. inſidiator, ἐπίβουλος.

Διαῤῥικνοῦσθαι. lumbos indecore circumagere.

Διαῤῥίπτω. diſjcio.

Διάῤῥοια. ἡ. copioſus alui, ſine inflammatione, exulcerationeq́ fluor, profluuiũ uẽtris.

Διαῤῥέω. diffluo, διαφθείρομαι.

Δίαρσις. elatio, ſublimitas. ἐκ διάρσεως, è ſublimi.

Διαρταμῆσαι. diuidere, διελεῖν, κατακόψαι.

Διαρτάω. μ. ήσω. π. ηκα ſuſpendo, compono. Actiu. accuſ.

Διαρτίζω. reformo, fingo, perficio.

Διασαλακωνίζειν. mollem & delicatum eſſe, in delicijs agere. ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, ὅ ἐστιν ἀκαβῶς διαβαίνειν, καὶ οἱονεὶ σαίνεσθαι.

Διασαλεύω. commoueo, concito. Lucia. ἐνέπλησε τὴν δ' αὐτὴν πόλιν καὶ διεσάλευσεν οὗτος, Compleuit iſte urbem, concitauitq́.

Διασαλπίζω. diuulgo: trãſlatio à præconibus.

Διασαπείς. putrefactus.

Διασαρδανίζω. Sardonium riſum rideo, ſubſanno. aliàs διασαρκάσαι.

Διασαυλοῦσθαι. deliciari, ἁβρύνεσθαι, θρύπτεσθαι.

Διασαφέω. μ. ήσω π. ηκα. manifeſto. Act. ac.

Διασαφῶ. declaro, aperio.

Διασείω. μ. είσω. π. εικα. quatio, concutio. Accuſatiuo.

Διασήθω. deleo.

Διασηκῶσαι. ferre, contrectare, pondus æſtimare manu.

Διασημαίνω. do ſignum, manu ſignifico, nota inſignio, ſigno aliquo noto, commonſtro. Bud. Com.

Διάσημος. ου. ὁ, ἡ. inſignis, λαμπρός.

Διασημότατος. illuſtriſſimus.

Διάσια. ίων. τὰ. Iouialia, quæ & διιπόλια uocantur apud Ariſtoph.

Διασιλλοῦν. τὸ διασύρειν. illudere, cauillari.

Διασιμοῦν idem, διακωμῳδεῖν.

Διασιωπῶ. obmuteſco.

Διασκαλιδεύω. ligonibus terram uerſo.

Διασκανδικίζω. ignauus ſum, formidoloſus & negligens ſum, more Euripidis, cuius matrem ſcandicas uenditaſſe ſcribunt comici. Ariſtoph. Equit. μή μοι γε, μή μοι μὴ διασκανδικίσῃς.

Διασκαριφᾶσθαι. aues dicuntur, cum unguibus terram ſcalpunt.

Διασκεδάζω. μ. άσω. π. ακα. diſſipo, diſpergo, diuulgo. Accuſ. iung.

Διασκέπτομαι. diſpicio, perſpicio, conſydero, conſulto, contemplor, διαλογίζομαι.

Διασκευάζομαι. συσκευάζομαι, ſarcinas compono, colligo uaſa, ut qui foro ceſſuri ſunt, aut aliàs migraturi, Demoſth. Item digeror, diſponor ordinibus diſcretis, Greg. εἰς ἀθαν. Bud. Com.

Διασκευάζω. μ. άσω. π. ακα. apparo, adorno, exorno, caupono. διεσκευασμένος στρατός. in armis exiſtens, ut Cæſar dixit, & quaſi accinctus. Accuſ. Bud. ibidem.

Διασκευή. ῆς. ἡ. apparatus, ornamentum, & inſtrumentum, ut lectiſternia, & lecti ſtrati, Athenæo. Bud. ibidem.

Διασκηνωρέω. μ. ήσω. π. ηκα. cuſtodio, conſeruo, ſello. Accuſ. iung.

Διάσκεψις. εως. ἡ. conſyderatio, conſultatio, contemplatio.

Διασκηνητέον. caſtrametandum, καταλυτέον.

Διασκίδνημι. μ. όσω. διſſipo, diffundo. Ac.
Διασκοπεῖν. perſpicere, ſpeculari.
Διασκοπέομαι. ſpecto.
Διασκορπίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſpargo, diſpergo. Accuſ.
Διασκοπιάομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. exploro.
Διασμήχοντες. οἱ. extergentes.
Διασμήχω. μ. ήξω. π. ηχα. purgo. Accuſ.
Διασοβέω. perturbo.
Διασπαθᾶν. diſſipare, prodigere.
Διασπασμός. ῦ ὁ. diſsipatio, diſſolutio.
Διασπάω. μ. άσω. π. ακα diuello, amplio, diſsipo, perfringo, perrumpo, diſtraho & membratim dilanio, Iſoc. & Demoſth. 4. κατὰ φιλιπ. & Plut in Ant. et Cæſ. Item diſtringo, πολιορκῶ. Lucian. τοιαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος. Accuſ. Bud. Com.
Διασπάρομαι. diſsipor, diſpergor.
Διασπαίρω. diſpergo. Actiu. accuſ.
Διασπένδω. excito.
Διασπορά. ᾶς. ἡ diſperſio.
Διασπορεύς. έως. ὁ. diſperſor.
Διασταδόν. ſeorſim, per interuallum.
Διαστασιάζω. μ. άσω. π. ακα. ſeditionem ago, ad ſeditionem & diſsidium perpello, diſsidere facio, diſsidium cieo. Plutarchus, ἐκ μάντιος διαστασιάζει τὴν πόλιν. Latinè ſolicitare hoc dicunt aliquoties. Liui. Nec ſolicitate quietæ ciuitatis ſtatū. Budæus Commentarijs.
Διάστασις. εως. ἡ. ſeparatio, diſtantia, diuiſio, interuallum, dimenſio. Item diſsidium. Ariſtot. μεγίστη μὲν ἴσως διάστασις ἀρετὴ καὶ κακία, Seditionis cauſa eſt in ciuitatibus, uirtus & uitium. Budæus ibidem.
Διαστατέω. διαστασιάζω.
Διαστατός. ῦ. ὁ. diuiſibilis.
Διαστείχειν. tranſire.
Διαστέλλεσθαι. idem eſt quod διορίζεσθαι, διαιρεῖσθαι, ut διαστέλλειν, διορίζειν, διαιρεῖν, hoc eſt diſputare, diſceptare, & explicare. Budæus Commentarijs.
Διαστέλλω. μ. ελῶ. π. αλκα diſtinguo. Accuſ.
Διάστημα. ατος. τὸ. ſpacium, intercapedo, interuallum. Bud. Com.

Διαστηματικὴ φωνὴ. interuallata uox, hoc eſt quæ cum interuallo ſuſpenditur, quemadmodum fit in cantionibus, & in legendis uerſibus heroicis. Huic opponitur συνεχής. Cælius libro 5. capite 24.
Διάστιξις. καὶ
Διαστολή. ῆς. ἡ. diſtinctio, dilatio. Item figura, quando dictio à dictione, aut quando ſyllaba contrà naturam extenditur.
Διαστοιβάζω. conſtipo.
Διαστοιχίζω. diſpono, ordine colloco.
Διὰ στόματος ἔχειν. ſæpe commemorare.
Διαστομωτρὶς μήλη. melotis, inſtrumentum, quo os clauſum reſeratur.
Διαστοχάζομαι. coniecto, auguror.
Διαστρέφω. μ. ίψω. π. αφα peruerto, inuerto, obtorqueo contorqueo, diſtorqueo, deprauo, hoc eſt, ex rectis facio flexuoſa. Vnde διεστραμμένα, diſtorta, & obliqua, hoc eſt minimè ſyncera ac ſimplicia. Et διεστραμμένοι, ſtrabi, quibus oculorum acies eſt peruerſa, aliter quàm decet cernentes. Budæus, Commentarijs.
Διαστροφέω. μ. ήσω. π. ηκα. exagito, diſcutio. Accuſ.
Διαστροφή. ῆς. ἡ. contortio. Item peruerſio, ratio nec rectè nec ordine conſtituta. Latini peruerſitatem uocant. Cic. in Offic. Vt ſi quis in foro cantet, aut in funere, aut ſi qua eſt alia magna peruerſitas, id eſt διαστροφὸ & διεστραμμένον. Bud. Com.
Διάστροφος. ου. ὁ. peruerſus, id eſt qui ordine peruerſo & contrà quàm decet, facit. Διάστροφοι φρένες, inſana mens. Διάστροφος μορφὴ, mutata forma. Διάστροφοι ὀφθαλμοὶ, obliqui oculi, ſtrabi, inuerſi, quales ſunt hominis inſani.
Διαστρώννυμι. καὶ
Διαστρωννύω. ſterno.
Διάστυλος. ου. cum trium columnarum craſſitudinē intercolumnio interponere poſſumus. Vitru.
Διασυνάσαι. diſpergere, διασκεδάσαι.
Διασυρμός. eleuatio, irriſio, obtrectatio. Itē diſtractio. Itē figura quādo dictio ad duo diuerſa ſignificatio trahitur, ut ſtrepit

anſer inter olores, pro eo quod eſt, ineptus poëta inter doctos. Bud. Com.

Διασύρω.μ.υρῶ.π.υρκα. detraho, carpo, conuicior. Item diſtraho, ægre traho. ut ἐπισύρω in Hippiatr. ὅταν ψοχάζων ἐνιδῆσι, καὶ πολὺν διασυρῇ, *Quũ membris diſtractis agitatur, ut ranæ innatantes. Bud. ibidẽ.*

Διασυστῆσαι. conſtituere, inſtituere.

Διασφαγὴ.ἡ. interſciſſio, diuortium.

Διασφάγξ.γος.ὁ aliàs διασφάξ. diſtantia loci, interuallum, locus inter duas rupes pro fundus.

Διασφαλίζομαι. fortifico.

Διασφενδονάω.μ.ήσω.π.ηκα. torqueo tali ſupplicio quale deſcribit Plutarch. in Alex. διασφενδονηθῆναι ὀρθίων ἀγόντων εἰς ταυτὸ καμπτομένων ἑκατέρῳ μέρος προσάρτησε τοῦ σώματος, ἔπειτα μεθεὶς ἑκάτερον ὡς ὥρμητο φύσει φερόμενον τὸ προσῆκον αὐτῷ μέρος νέμειν

Διασφόρος. peruerſus, ſtrabo, διάστροφος. (ση

Διασχηματίζειν. formam inducere, formare, figurare, fingere. *Lucian in Cauc.* πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν ἄλλον δή τινα καὶ μὴ τοιοῦτον διεσχηματίσθαι τὸν φόνον.

Διασχίζω.μ.ίσω.π.ικα. ſcindo. Accuſ.

Διασχὼν. diſtans, procedens, διελθών.

Διασώζομαι. tueor, ſeruo.

Διασώζω μ.ώσω.π.ωκα. ſaluo, ſeruo. Gaza, αὐθεντίαν εἰς τοὺς ἑαυτοῦ διεσώζετο. Cicero, *Tenebat authoritatem in ſuos. Accuſ.*

Διαταγὴ.ῆς.ἡ. diſpoſitio, διάθεσις.

Διάταγμα.ατος.τὸ. edictum magiſtratus.

Διάταξις.εως.ἡ. conſtitutio, ordinatio, uel edictum principis, deſcriptio, & ordo.

Διαταράττομαι. percellor, commoueor, perturbor. *Lucian.* τίς οὐκ ἂν διεταράχθη

Διάτασις. contentio, uocis & uirium contentio. Ariſtot. τὰς δὲ διατάσεις τῆς παίδων, καὶ κλαυθμοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀπαγορεύουσιν.

Διατάττομαι.

Διατάττω.μ.άξω.π.αχα. conſtituo, ordino, impero, edico, duco exercitum, deſcribo, decurio, in decurias diſtinguo, παρατάττω, digero & compono in ordines. *Vnde* στρατιῶται διαταξάμενοι, ordine compoſito incedentes, uel in ſtationibus & uigilijs diſpoſiti. Accuſ. Bud. Com.

Διαταῦτα. propterea.

Διαταφρεύω. foſſa dirimo, διασκάπτω.

Διαταχέων. aduerb. ſtatim, citò.

Διατείνομαι. inuehor, contendo, nitor uehementer, obnixè contendo, ut διατείνομαι τὰ ὑπάρχοντα φράζειν. *Huic opponitur* τὸ ἀπαρρησιάζω. Item διαβεβαιοῦμαι, aſſeuero, affirmo. Item intento, καὶ προτείνομαι. Xenoph. διατεινάμενοι οἱ μὲν τὰ παλτά, οἱ δὲ τὰ τόξα. Bud. Com.

Διατείνω.μ.τενῶ.π.τακα. addo, protendo, extendo, diſtendo, diſpendo, continuo loquor, λέγω διαῤῥήδην. Et pertineo, id eſt διήκω καὶ διικνοῦμαι. Ariſtot. καὶ ἐφ᾽ ὅσον δὲ διατείνει ἡ θεωρία, Etiam pertinet ac pertendit beatitudo. Actiu. accuſ. Bud. ibidem.

Διατειχίζω.μ.ίσω.π.ικα. diuido, ſepio, arceo. Accuſ. iung.

Διατείχισμα.ατος.τὸ. interiectus, murus, arx.

Διατεκμαίρομαι. στοχάζομαι, σημαίνομαι, conijcio, ſignifico.

Διατελέω.μ.έσω.π.εκα. perficio, cōpleo, perſeuero, permaneo. Quando perſeuero ſignificat, neut. abſol. eſt, aliàs uerò actiu. & accuſ. iung. ut τὸν βίον διατελῶ, uitam traduco. Iunctũ autem cum participijs aliorum, uacare ferè uidetur in oratione, quantum ad ſignificationem, ut διατελῶ ποιῶν, ἀντὶ τοῦ ποιῶ. Sic quod Cice. dixit, *Nec enim excurſione uteretur, Gaza trāſtulit,* οὐδὲ γὰρ ἐκδρομαῖς χρώμενος ἂν διετέλει. Διατέλει τοῖς λόγοις ἐμμελῶς σπουδάζων, *Literis aſſiduam operam nauare perge. Bud. Com.*

Διὰ τέλους. continuè, aſſiduè.

Διατέμνω. diuello, diſcindo, διασπάω.

Διατερσαίνω. exicco, ξηραίνω.

Διατεταμένος.ὁ. diſtentus.

Διατετρήνας. perforares, apud Herodo.

Διατετρεῖς, ᾶς pro διατεύξας.

Διατεύω. diuido.

Διατήκειν, λυγίζεσθαι.

Διατηρέω.μ.ήσω.π.ηκα. conſeruo. Accuſ.

Διατήρησις.εως.ἡ. conſeruatio.

Διατετρῶ. perforo, torno. unde διάτρητον foratile, pertuſum, tornatile uel torno factũ.

Alij

Aliꝫ διάφρατ τε ⁊ διαφράσσω, pro eodē dicunt.

Διατί. cur.

Διατίθεμαι. bene aut ſecus de re aliqua ſtatuo utorꝗ, Iſocrat. in Panath. Et Grego. καὶ τὴν φυγαδείαν ὡς κάλλιστα διατίθεται, De exilio ſuo commodiſſimè ſtatuit, calamitatem in bonum commodiſſime uertit. Dicitur hoc etiam τοῦ τίθεσθαι. Item teſtor, aut teſtamēto meo aliquid mando hæredibus, Demoſth. Item uenalia expono, uendo, Demoſth. Item paciſcor. Ariſtopha. ἂν μὴ διατίθωνται δραχμὴν ἐμοί, Niſi mihi ſtipulanti promittant. Διατίθεμαι πρὸς τοῦτο, animum ad hoc appello. Bud. Com.

Διατεθειμένος. affectus, animatus, diſpoſitus.

Διατίθημι. μ. θήσω. π. κα. afficio, uexo. Demoſth. ἵνα γὰρ δ' ὅπως ὃν τρόπον ὀρχομενίους διέθηκε, Quibus incommodis affecerit Orchomenios, quomodo uexarit. Item diſpono, præparo, καθιστῶ, οἰκονομῶ, conſtituo, compono. Item τὸ ἀποτελῶ καὶ ἀπεργάζομαι, efficio, reddo. Demoſth. τοὺς ἅπαντας ἀπίστους πρὸς ἡμᾶς διαθῶμεν, An omnes infidos nobis reddemus? Bud. Com.

Διατίμησις. ιος. ἡ. æſtimatio.

Διατιμητικόν. iudicatorium, quod iudicandi uim habet.

Διατινθάλεος. α. ὁ. calidus, ardens.

Διατορῶ. pertundo, torno: ſicut διαφορῶ, ⁊ διαφέρω.

Διατλάω. perfero, patior.

Διατμήγω. μ. ξω. incido, diuido. Accuſ.

Διατμήσσω. μ. ξω. π. χα. diuido, ſcindo. Ac.

Διατοιχεῖν. in hoc atꝗ illud latus nauis iactari, ut in tempeſtate fieri ſolet.

Διάτονος. ου. ὁ. uehemens, extentus, ὀξύτονος. Item διάτονοι. οἱ. lapides qui perpetua craſſitudine utraꝗ parte religando parietum ſoliditatem confirmant. Hos Vitru. frontatos appellat.

Διάτορον. ου. τό. magnum in uoce, παρὰ τὸ τορῶ, τὸ τετραίνω.

Διάτορος. ου. ὁ, ἡ. penetrans.

Διατράμις. ὁ. ἡ. depygis, qui attritas habet nates. τράμις γὰρ τὰ ἰσχία.

Διατρανῶ, διασαφῶ, declaro, explano.

Διατραχηλίζομαι. præcipitor.

Διατρέπομαι. αἰσχύνομαι, quod etiam ἐντρέπεσθαι dicitur. Eſt etiam oculos auertere ⁊ aſpicere uel nolle, uel non poſſe. Bud. Cō.

Διατρέπω. arceo, diſſuadeo, ut ἀποτρέπω: uel potius ad erubeſcentiam deduco, erubeſcere cogo. Herodian. διέτρεψε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον, Conatus eius repreſſit præ pudore, ⁊ impetus ad uoluptates conſectandas aliò deflexit, pudore iniecto deterruit. Bud. ibidem.

Διατρέχειν. percurrere, tranſilire, διάττειν.

Διατρέω. μ. ήσω. π. ηκα. perforo. Actiu. accuſ.

Διάτρητον ⁊ τρητόν. τό. perforatile, pertuſum, tornatile aut torno factum, à uerbis διατρητῶ ⁊ τρητῶ. Vnde διάτρητοι calices calati ⁊ tornatiles, quæ toreumata uocantur Latinis.

Διατριβή. ῆς. ἡ. conuerſatio. Lucian. in Gal. ἡδεῖά τις ἦν ἡ διατριβή, Iucundiſſima quædam erat uita. Item exercitium, exercitatio, ſtudium, σχολή, conſilium, diſputatio, collatio, congreſſus. Pro loco diſputationis ⁊ exercitiꝫ, ſiue auditorio, apud Gell. lib. 1. cap. 16. ⁊ lib. 10. cap. 5. Item commoratio, immoratio, mora. Lucia. νῦν μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβήν.

Διατρίβω. μ. ψω. π. φα. conuerſor, moror, diſtineo, diſtringo, per aliquid ſiue in aliquo me exerceo, uerſor, laboro, operam impendo. Plato identidem pro exercere, atꝗ in literis diſputare utitur. Bud. Com.

Διατρίμματα μηρῶν. femorū intertrigines.

Διάτριχα τὴν ῥόδον. appellat Home. in Catalogo, quaſi capilli ſtudioſam.

Διάτριχα. tripliciter, τρίχα, τριχῶς, τριχθά.

Διατροπή. ῆς. ἡ. apparatus, mutatio.

Διατροφή. ῆς. ἡ. alimentum.

Διατρύγια. loca inter uites quæ ſeruntur, uel ubi iam maturuerint uuæ.

Διατρύγιος. frugifer.

Διαττᾶν. cribrare, σήθειν. ⁊ διαττός, cribrū.

Διάττω. proſilio, huc illucꝗ deſilio, ⁊ emico, quod διάττεσθαι quaſi raptim elidi Plato in Craty. dixit. Ariſtot. de Mundo, κατ' ἔμφασιν μὲν ἴριδες, καὶ ῥάβδοι, καὶ τὰ τοιαῦτα.

καθ' ὑπόςασιν δὲ ἄλλα τὲ καὶ διάττοντα, καὶ κομῆται. Id eſt, Eorum quæ in aëre apparent ſpeciem quidem tantum exhibens arcus cœleſtes, & uirgulæ, aliáq; huiuſcemodi: naturæ uero ſubſiſtentiam habent fulgores cœleſtes, es quos emicātes uocamus, & crinitæ ſtellæ. Sic etiam in Problema. ἀςέρας διάττοντας dixit pro traiectionibus ignium. Bud. Com.

Διατυπόω. μ. ώσω. π. ωκα. diſpono, ordino, conſtituo, inſtituo, confirmo, informo, animo concipio, & fingo. Accuſ.

Διατύπωσις. ιος. ἡ. formatio, deſcriptio, informatio, ſtatutum.

Διατὺς. fugiēs. διατὺς τὴν δίκην, pœnas euadēs.

Διαυγάω ſplendeo, illuſtro.

Διαυγασμός. ου. ὁ. &

Διαύγασμα. ατος. τὸ. &

Διαυγία. ας. ἡ. effulgentia, pellucentia, ſplendor.

Διαυγής. ἐος. ὁ, ἡ. pellucidus, lympidus. Lucian. de fonte, διαυγής τε ὢν καὶ ἀεὶ καθαρὸν ἀναβλύζων.

Διαυλακίζω. peraro.

Διαύλειον, uel διαύλιον. ου. τὸ. dicebatur, cum in ſcena tacētibus omnibus ſolus intus caneret tibicen. Cæl. lib. 5. ca. 26.

Διαυλία. ἡ. duorum concentus.

Διαυλίζω. produco, profunda facio, augeo.

Διαυλοδρομεῖν. eſt cum ad calcem perueneris, rurſus ad carceres curſu redire. Bud. Commentariis.

Διαυλοδρόμοι. ſunt qui curſum circenſem peragunt, id eſt δίςάδιον, qui cum ad metam peruenerant, flectentes eò rurſus recurrebant, unde curſum inierant. Bud. in Annot. & Com.

Δίαυλος. ου. ὁ. curſus reciprocus, curſus duplex, obeundi ſcilicet ſtadium ac mox redeundi. Vitru. li. 5. In palæſtris periſtylia quadrata ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti duorum ſtadiorum habeās ambulationis circuitionem, quam Græci uocant δίαυλον. Item ſpatium ducentorū & mille pedum in longitudinem. Euſtath. δίαυλος (inquit) τὸ διατεταγμένον ἐν ἀθλήμα-

τα χῶμα ὅπερ τὸ ςάδιον. Ariſtotel. interpres eo nomine intelligit locū, qui duo contineat ſtadia, aut menſuram cubitorū ducentorum. Bud. ibidem.

Διαυλωνία. locorum anguſtiæ & fauces, in quibus coturnices, aliáq; aues illaqueantur. Bud. ibidem.

Διαυλωνίζειν. per anguſtum fluere, uentum utrinq; excipere, perflare. Bud. ibidem.

Διαυχενίζεσθαι. ſublata ceruice eſſe.

Διαφάγω. peredo, comedo.

Διαφαίνομαι. perluceo.

Διαφαίνω. μ. ανῶ. interluceo, transluceo, pelluceo. Lucian. καὶ κρεῖττον διαφαίνει τῆς ἐλπίδος, Spe melius euenit, Neut.

Διαφανεία. ας. ἡ. perſpicuitas.

Διαφανῆ. τὰ. ueſtes quæ fœminam denudāt, ut bombycinæ.

Διαφανής. ἐος. ὁ, ἡ. tranſparens, perſpicuus, pellucidus, inſignis, alios antecellens. Sic etiam lapis quidam uocatur, quòd tranſluceat, de quo Lucian. in Pſeud.

Διάφανον. quid ſit, explicat Cæl. li. 8. cap. 22.

Διαφανῶς. ἐπίρ. apertè, manifeſtè, ſplēdidè.

Διαφάσκειν. cauillari, διασιλλαίνειν.

Διαφέρομαι. diſſideo, diſcordo, contendo, æmulus ſum, altercor, ambigo, litigo. Διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, non conſentanea dicere, ſecum diſcrepare. Plutarch. διενεχθεὶς τῷ λογισμῷ, de homine dixit incerti propoſiti, & in diuerſa impetum animi capiente. Ponitur etiam pro iactor, huc & illuc temerè feror, ut 21. cap. Act. Apoſtol. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ ἀδρίᾳ κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς. Non diſſimile eſt, differri cupidinibus apud Plaut. & apud Terentium, differri doloribus. Eſt etiam dilabi, in diuerſa digredi & abire. Plut. in Cæſ. καὶ πόλεις ἀνισταμένας φυγῇ διαφέρεσθαι. Bud. Cō.

Διαφέροντα. τὰ. utiliora.

Ἐκδορία. τὰ. deſquamatoria, ſiue eraſoria. medicamenta, quæ cutis continuitatem ſoluunt, urendiq; ui & poteſtate cutis eius aliquam partem auferunt.

Ἔκδοσις. ιος. ἡ. erogatio, expenſa, editio.
Ἔκδοτος. ου. ὁ, ἡ. deditus, dedititius.
Ἐκδοχεῖον. τό. promptuarium.
Ἐκδοχή. exceptio, expectatio.
Ἐκδρομή. ῆς. ἡ. &
Ἔκδρομος. ου. ὁ. excurſio.
Ἔκδυσις. ιος. ἡ. emerſio, tergiuerſatio.
Ἐκδυσωπέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. in contrarium diſſuadeor.
Ἐκδύομαι. &
Ἐκδύω. &
Ἐκδύνω. exuo, excutio, exeo.
Ἐκεῖ. illic, ibi. Interdum pro illuc, illò.
Ἐκεῖθεν. illinc.
Ἐκείνειον. τό. τὸ ἐκείνου πεποιημένον. ſicut Cicero dixit Lentulitates & Appietates. Budæus Commentarijs.
Ἐκεῖνος. ου. ille.
Ἐκείνως. illo modo, κατὰ τοῦον τὸν τρόπον.
Ἐκεῖσε. illuc, illò. Aliquãdo etiam pro illic.
Ἐκεχειροφόρος. ου. ὁ. fecialis.
Ἐκεχειρία. ας. ἡ. induciæ, uacatio, ſpacium temporis, remiſsio. Ab abſtinendis manibus dicta. Gel. libro 1. capite 25.
Ἐκίχαρον. argentum.
Ἔκζεμα. τό. feruida eruptio.
Ἐκζητῶν. ὁ. quæritans.
Ἐκζωπυρέω. excito.
Ἕκας. longè.
Ἑκηβολία. ας. ἡ. iaculatio, εὐστοχία.
Ἑκηβόλος. ου. ὁ. funda, & procul iaciens, ſagittarius. Epitheton Apollinis, ab radiorum ſolis in terras immiſsione.
Ἕκηλα. quietè.
Ἑκηλία. diuet, benigna tractatio.
Ἕκηλος. ου. ὁ. quietus, tacitus.
Ἕκητι. longe. Item ἕνεκα, χάριν, τῇ βουλῇ. Heſiodus, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. Ponitur aliquando pro ſine.
Ἐκθαμβέω. μ. ήσω. π. ηκα. obſtupeo. Neutrum abſol.
Ἔκθαμβος. ου. ὁ. ſtupor, ſtupefactus.
Ἐκθανεῖν. mori, ἀποθανεῖν.
Ἐκθαρσήεις. εντος. ὁ, ἡ. benè animatus, qui eſt fortiſsimo animo.
Ἐκθεατρίζειν. celebrare, publicare, contemptum reddere, arguere.
Ἐκθειάζω. in religionem traho, ad diuinitatis indicium traho, diuinum eſſe exiſtimo, diuinitatis argumentum puto. Herodianus, ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεθειάσθη. Vnde res tota in religionem tracta eſt. Eſt etiam conſecro, & deo dico, dijs imputo, inter diuos refero, ἀποθεῶ, ut ἔθος ἐστὶ ῥωμαίοις ἐκθειάζειν τοὺς βασιλέας, Herodianus. Budæus Commentarijs.
Ἐκθεῶ. conſecro, ut deum colo.
Ἔκθεμα. titulus, inſcriptio, tabula publice propoſita.
Ἔκθεσις. ιος. ἡ. expoſitio.
Ἔκθεσμος. ου. ὁ, ἡ. nefandus, iniquus.
Ἐκθεσφατον. ου. τό. ſcientia diuina.
Ἔκθετος. ου. ὁ, ἡ. expoſitus.
Ἐκθέω. excurro.
Ἐκθηλύνω. mollem facio, effœmino, eneruo.
Ἐκθηρεύω. uenor. de omni re dicitur.
Ἐκθηριόω. effero, exaſpero.
Ἔκθιβος, & ἔκθριβος. fimbria ueſtis.
Ἐκθλίβω. μ. ίψω. π. ιφα. exprimo, elido, excludo. Accuſ.
Ἔκθλιψις. ιος. ἡ. eliſio. figura eſt, ubi cõſonans aliqua, inter primam & ultimam ſyllabã eliditur, ut σκῦπον, pro σκῦφον.
Ἐκθορέω. exilio, effugio, proripio me, repentè abeo.
Ἐκθρώσκω. idem eſt.
Ἐκθύζω. ebullio, euomo.
Ἐκθύματα. τά. exanthemata, puſtulæ & efflorescentiæ cutis ab humore phlegmatico.
Ἐκθύμαρος. fimbrica ueſtis, uelox.
Ἐκθυμία. ας. ἡ. promptitudo.
Ἔκθυμος. ου. ὁ, ἡ. promptus, alacris, intentus.
Ἐκθύμως. ex animo, promptè.
Ἐκθύομαι. concilior.
Ἐκθύσιμος. ου. ὁ. expiandus.
Ἐκθύω. efferueo, excido.
Ἐκίαθον. iuit.
Ἐκιδόν, aduerbium, mucronatim.
Ἐκκαθαίρω. expurgo, repurgo.
Ἑκκαίδεκα. ſedecim.
Ἑκκαιδεκάδωρος. ſedecim palmos longus.
Ἑκκαιδεκαέτης. ου. ſedecim annorum.

Ἐκκαίω, & ἐκκάω Attice. μ. αύσω. π. αυκα. exuro, inflammo, comburo. Accuſ.

Ἐκκακεῖν. malis ſuccumbere, defatigari, deficere, cedere labori uel dolori, perlaſſeſcere, ἐκκάμνειν. Paul. ad Epheſ. ἵνα μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν. Bud. Com.

Ἐκκαλέομαι. &

Ἐκκαλέω. euoco, conuoco, prouoco ad certamen. Ἐκκαλεῖσθαι τὴν κρίσιν, appellare, quaſi euocare.

Ἐκκαλύπτω. detego faciem, φανερόω. Huic contrarium eſt ἐγκαλύπτω, de quo diximus. Budæus Commentarijs.

Ἐκκάμνω. idem quod ἐκκακεῖν. Bud. Com.

Ἐκκαπηλεύειν. decipere.

Ἐκκαρπίζομαι. fatiſco, defrugor.

Ἐκκαρπιζόμενος. defrugatus.

Ἐκκάρπομαι. fructus & prouentus accipio.

Ἐκκάρπωσις. fructuum, & commodorum perceptio, & uſus rei fructuoſus. Budæus Commentarijs.

Ἐκκαταλείπω. relinquo.

Ἐκκατάττω. μ. άξω. π. αχα. aſſcribo, adiudico.

Ἐκκατοικεῖ. incolat, inhabitat.

Ἐκκαυλίζω. caules produco, creſco. Item frango.

Ἐκκαύω. incendo.

Ἐκκαχρύω. grana deligo, extendo, contero.

Ἔκκειμαι. expono, & proſcribo. Et cum datiuo, ſpero, ut ἔκκειμαι σοί, id eſt pendeo à te.

Ἐκκείμενος. expoſitus, procliuis. Et ἐκκείμενοι, φαινόμενοι, hoc eſt rei, qui pendentes à Latinis appellantur. Bud. Com.

Ἐκκεκυβευμένος. ὁ. qui inter aleas bona ſua profudit, quem uulgaris lingua ἐκκεκοττισμένον uocat, ἢ ἀποκεχωρισμένον.

Ἐκκεκώφηται. obſurduit.

Ἐκκέλευσος. κατήγορος.

Ἐκκενόω. μ. ώσω. π. ωκα. exhaurio, exinanio. Accuſ.

Ἐκκεντέω. μ. ήσω. π. ηκα.

Ἐκκεντρίζω. ίσω. π. ικα. pingo, ſtimulo, compingo, transfigo. Accuſ.

Ἐκκινάζομαι. compilo.

Ἐκκεχυμένως. effuſe.

E K.

Ἐκκήρυκτος. ὁ, ἡ. expulſus, eiectus.

Ἐκκηρύττω. μ. ύξω. π. υχα. pello, in exilium mitto, ſeparo, excommunico. Accuſ.

Ἐκκλάω. μ. άσω. π. ακα. ſecludo. Accuſ.

Ἐκκλέπτω. ſurripio.

Ἔκκλησις. ιος. ἡ. euocatio, prouocatio.

Ἐκκλησία. ας. ἡ. cœtus, concilium, concio, cõgregatio. Athenienſes ſic uocant conuentum ciuiũ, id eſt σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. Nam quoties ad magnæ alicuius rei ſpectaculum homines ex agro accerſebãt, διάκλησιν appellabant: σύγκλησις autem de conſulibus dicebatur. Ponitur etiam pro loco ipſo in quo conuenitur. Lucia. καὶ διαστρέψαντα τὴν ἐκκλησίαν, Vbi curiam, in qua cõſulebant undiq; ſtrauero.

Ἐκκλησιάζω. μ. άσω. π. ακα. concionor, cõuentum celebro, ad concionem uoco. Neutr.

Ἐκκλησιαστήριον. uocabant Alabandeni munuſculum theatricum, ut annotat Vitru.

Ἐκκλησιαστής. οῦ. ὁ. concionator, qui loquitur ad populum. Lucian. in Necyo. uſurpauit pro eo, qui audit concionem.

Ἐκκλητεύειν. uocare in ius, εἰς κρίσιν ἄγειν. et ἐκκλητεύεσθαι dicitur, cui teſtimonium denunciatur. Budæus Commentarijs.

Ἔγκλητος. ου. ὁ. appellatio. Cæl. lib. 9. cap. 14.

Ἐκκλίνω. μ. ινῶ. π. ικα. declino, effugio. Accuſ.

Ἐκκλιμακίζειν. diſtorquere. nam κλίμαξ inſtrumentum eſt, quo tortores à ſontibus uerum extorquent.

Ἔκκλισις. declinatio, cui opponitur ὁρμή.

Ἐκκλύζεσθαι. reprimi.

Ἐκκλύζω. μ. ύσω. π. υκα. eleuo. Accuſ.

Ἐκκλώζειν. exibilare, explodere. eſt enim κλωσμὸς, ſtrepitus, & ſibilus oris.

Ἐκκοβαλικεύεσθαι. circumuenire, aſtutè furari, Ariſtoph. Equit.

Ἐκκοιλιστός. uentroſus, craſſus.

Ἐκκοιτοῦντες. οἱ. excubantes.

Ἐκκολάπτω. excindo.

Ἐκκόλαψις τῶν ᾠῶν. excluſio ouorum.

Ἐκκολυμβάω. enato.

Ἐκκολυμβῶς. ὁ. enatans.

Ἐκκομιδή. ῆς. ἡ. ablatio, elatio funeris, exequiæ.

quiæ, funus. Budæus Commentarijs.
Ἐκκομίζομαι. &
Ἐκκομίζω. μ. ίσω. π. ικα. exporto, Thucy. ſicut ἐσκομίζομαι importo. Item efferro mortuum, κομίζω, ἐκφέρω, κηδεύω. Bud. ibid.
Ἐκκοπή. ῆς. ἡ. impedimentum, effractio, calvæ diuiſio eſt, in qua offenſum os diruptum fuerit.
Ἔκκοπος. feſſus.
Ἐκκόπτω. excudo, refringo, intercipio, penitus extirpo, prorſus abrogo, ſeparo. Budæus Commentarijs.
Ἐκκορακίζειν. reijcere, perſequi.
Ἐκκορῶ. euerro, excutio, orno, corrumpo. Budæus Commentarijs.
Ἐκκουφίζω. extollo.
Ἐκκοχλάζειν. ἐκκοιτίζειν.
Ἐκκραυγάζειν. ἐκφωνεῖν, exclamare.
Ἐκκραιπαλῶ. exaturatus ſum, crapulor.
Ἐκκρεμάννυμαι. dependeo.
Ἐκκρεμής. dependens.
Ἐκκρίνομαι. ſegregor, dirimor à cœtu aliquo. Opponitur autem τῷ συνίεμαι. Ariſtoteles de Animalib. ϛ. ἀλλ' ἐκκρίνονται ὅταν εἰς ἡλικίαν ἔλθωσιν. Idem Galeno dicitur de uomitu, & excrementis alui, quemadmodum excernere Latinis. Budæus Commentarijs.
Ἐκκρινόμενος. ε. excretus.
Ἐκκρίνω. μ. ινῶ. π. ικα. approbo, longo tempore dubito, hæreo. Item expello, ſecerno, ſegrego. Ariſtot. ἐκκρίνουσι δὲ ἐκ τῶν καμήλων ἐντεῦθεν τὸ ἔγγονον, abſtrahunt, ablactant. Item ordine moueo, numeroq́ue expungo, Xenoph. lib. 1. παιδ. Item ἀποδοκιμάζω, ut ἀποκρίνω, reprobo, reijcio καὶ ὃ προσδέχομαι. Item egero, excerno, exhaurio, eximo, Theoph. 6. de Cauſ. Budæus Commentarijs. Vnde
Ἔκκρισις. εως. ἡ. excretio, exhauſtio, exuctio. Theophraſtus, ὅτι τῆς ἐκκρίσεως ἀεὶ καθαρωτέρας γινομένης, V ſpote cum ſenſim ſuccus exuctior matureſcendo fiat. Galenus, ἔκκρισιν αἵματος, ἐκ τῶν ῥινῶν τὴν αἱμορραγίαν uocat. Budæus Commentarijs. Item ſelectio. Aliquando delectio.
Ἔκκριτοι. ſelecti iudices & præcipui, ἀπόλεκτοι. Horum nongenti erant, ad cuſtodiendam ſuffragiorum ſcita in comitijs. Numero exempti dicuntur Quintiliano. His opponuntur ἐντεταγμένοι, id eſt in ordinem numerumq́ue redacti, quos & ἐγκυκλίους dicunt, id eſt circulares, uiles & uulgares. Budæus in Annotationibus & Commentarijs.
Ἔκκριτα. τὰ. dicũtur quæ dicata ſunt, ut eximia, & egregia, & ἐξαίρετα. Bud. Com.
Ἐκκρούω. μ. ούσω. π. ουκα. fugo, elido, libero, miſſum facio, expello, eijcio, excutio. Accuſ.
Ἐκκυβεύω. periclitor, aleæ me committo.
Ἐκκυκλῶ. reuelo.
Ἐκκύκλημα. τό. machina lignea in theatro, qua circumacta oſtendebatur ſpectatoribus, quicquid ſecreti in ſcæna ageretur.
Ἐκκυνίζω. & (cuſ.
Ἐκκυλίω. μ. ίσω. π. ικα. euoluo, reuoluo. Ac
Ἐκκυμαίνω. μ. ανῶ. π. αγκα, exundo. Neutrum abſol.
Ἐκκύματα. exanthemata.
Ἐκκυνος. canis, qui interoſculatur alterum.
Ἐκκυδᾶν. litigare.
Ἐκλαβεῖν. ante oculos habere ac metuere.
Ἐκλάκτισμα. ατος. τό. &
Ἐκλακτισμός. ῦ. ὁ. genus ſaltationis cuiuſdam, in qua ultra humerum excalcitrare oportebat.
Ἐκλαμβάνειν. recipere, ἀπολαμβάνειν. Item excipere, id eſt medicamenta confuſo aliquo humore deluta colligere, ἀναλαμβάνειν. Celſ. libro 5. Hæc excipiuntur cerato è roſa facto. Item percipere, Iſocr. Aliquando excipere, id eſt interpretari, intelligere, Gregor. Bud. Com.
Ἐκλαμπρύνομαι. glorior.
Ἐκλάμπω. μ. άμψω. π. αμφα. reluceo. Neutr.
Ἐκλανθάνομαι. μ. λήσομαι. π. λημαι. obliuiſcor. Depon. accuſ.
Ἐκλεαίνω. contero, extero, plano.
Ἐκλέγομαι. μ. λέξομαι. π. λεγμαι. eligo, προκρίνω, προτιμῶ, Plat. in Timæo, & Demoſth. Itẽ ἀναγινώσκω, Pauſ. Depon. Sic etiam

Ἐκλέγω.μ.ἔξω.π.χα. eligo. *Vnde & pro annotare ſiue colligere ponitur. Ariſtot.* εἰ δέ τις τὰ ἴδια ἑκάστῳ τὸ θεῖον ἐκλέξειεν. *Item oratoriè loquor, concionor, Demoſthenes.* *Item* τὸ τὸν φόρον ἢ τὸ τέλος ἀπαιτεῖν καὶ εἰσπράττειν, *quod coactoris officiũ eſt. Et cum duobus accuſatiuis conſtruitur. Aeſchin.* καὶ τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον, *A prætereuntibus nauigijs uectigalia exigebant. Bud. Com.*

Ἐκλείγματα. *electuaria, quæ ori impoſita ſenſim liqueſiunt, ac deinde deglutiuntur. A* λείχειν, *id eſt lingendo.*

Ἔκλειμμα.τό. *delinctum.*

Ἐκλεαπία. *uenia, conceſſio.*

Ἔκλεικτος. *eclegma, quod lingẽdo abſumitur.*

Ἐκλειπτικός ὁ.ὁ. *defectiuus.*

Ἐκλείπω.μ.είψω.π.οιπα. *deficio.* ἐκλελοιπὼς ἐκ τοῦ βίου, *è uita ſublatum. Neutrum abſol.*

Ἐκλείχω. *delinquo, deuoro.*

Ἔκλειψις.εως.ἡ. *defectio, eclipſis.*

Ἐκλεκτέον. *arguendum, aperiendum.*

Ἐκλεκτός.ῦ.ὁ. *delectus, qui etiam ἀπόλεκτος dicitur.*

Ἐκλελεγμένος. ἔκκριτος, *egregius.*

Ἐκλελυμένως. *remiſſè.*

Ἐκλέπειν. *dempto cortice expolire,* λεπίζειν.

Ἐκλευκός.ῦ.ὁ. *candidus, intenſè albus.*

Ἐκληθάνειν. *obliuionem inducere.*

Ἐκλιπής. *quod deeſt, prætermiſſum.*

Ἐκλιπής. έος.ὁ,ἡ. *deficiens.*

Ἐκληπτέον. *adſumendum eſt.*

Ἔκλησις. *obliuio.*

Ἔκλιμος. *præieiunus, exuccus.*

Ἔκλιναν. *inclinati ſunt, terga dederunt.*

Ἐκλινήσαι. *è retibus elabi, periculũ effugere.*

Ἐκλιοφριβῶ. *contero minutiſſimè.*

Ἐκλιπαίνω. *impinguo.*

Ἐκλιπανθῆναι. *pinguefactum eſſe.*

Ἐκλιπαρέω.μ.ήσω.π.ηκα. *deprecor impenſè, rogo, obteſtor. Neutr. accuſ.*

Ἐκλιπεῖν. *mori.*

Ἐκλιπόντων. ἐκλειπόντων.

Ἐκλιχάζω. *incito.*

Ἐκλογεῖν. ἡ ἐκλογάς.

Ἐκλογεὺς, καὶ φορολόγος. *coactor, qui tributum exigit. Bud. Com.*

Ἐκλογή.ἡ. *electio, electus, explanatio, notatio, annotatio.*

Ἐκλογίζομαι. *numero, reputo.*

Ἐκλογιστία.ας.ἡ. *enumeratio.*

Ἔκλογον. τὸ μεταξὺ λόγου.

Ἐκλοχεύομαι.μ.εύσομαι.π.ευμαι. *genero. Dep.*

Ἐκλύομαι. μ. ύσομαι. π. υμαι. *deficio, diſſipo, diſſoluo, ſoluo, eneruor.*

Ἐκλωρός.ὁ. *uiridis, humidus.*

Ἐκλυσσάω. *impetu feror.*

Ἔκλυσις.εως.ἡ. *diſſolutio, imbecillitas.*

Ἐκλυτήριον.ου.τό. *ſolutio.*

Ἔκλυτος.ου.ὁ. *fractus, uiribus defectus.*

Ἐκλύω. *libero, diſſoluo.*

Ἐκλωπίζω. *furor. Item exuo, excorio.*

Ἐκμαγεῖον.ου.τὸ. *effigies.*

Ἐκμαγειόω. *effigio, exprimo.*

Ἔκμαγμα. ατος. τὸ. *magma, maſſa ex unguentorum fecibus.*

Ἐκμαίνομαι.μ. ανοῦμαι. *ſæuio. Depon. abſol.*

Ἐκμαίνω. *inſanire facio.*

Ἐκμαλθακῶσαι. *mollem et diſſolutũ reddere.*

Ἐκμανθάνω. *perdiſco.*

Ἐκματαιόομαι. *fruſtror, uanus & ſuperuacaneus fio.*

Ἐκμαρτυρεῖν. *teſtari non pro re comperta, ſed ab alijs narrata.*

Ἐκμαρτυρία.ἡ. *teſtimonium quod fit per præſenteis.*

Ἐκμάσσω.μ.άξω.π.αχα. *tergo, ſicco. Item fingo, exprimo, effigiem figuramq́ꝫ exprimo. Vnde* ἐκμαγεῖον. *Accuſ.*

Ἐκμαθεῖσθαι. *exquirere.*

Ἐκμιθύσκω. *humore redundanti uitio & corrumpo, apud Theophraſt.*

Ἐκμαλίσσομαι.μ.ίξομαι.π.ιγμαι. *mitigo.*

Ἐκμελετάω.ῶ. *meditor, calleo, exerceo.*

Ἐκμελής.έος.ὁ,ἡ. *inconcinnus, abſonus, diſcrepans, Ariſtid. Item* ὁ ἐκμελημένος, *diſſolutus, & ſecors, & iners, Syn. Bud. Com.*

Ἔκμηλος. *infirmus.*

Ἐκμετρέω.μ.ήσω.π.ηκα. *dimetior. Accuſ.*

Ἐκμηχανῶς. *repentè.*

Ἐκμηκυνθησόμενοι.οἱ. *protracti.*

Ἐκμηνίω. *indignor.*

Ἐκμηνύεσθαι.enunciari,exprimi.
Ἐκμηνύω.indico.
Ἐκμηκύνω.μ.νῶ.π.υνα.protendo.Accuſ.
Ἐκμιαίνεσθαι.pollui.
Ἐκμιμεῖσθαι. imitari.
Ἔκμισθος.ου.ὁ.mercedis expers,ſtipendio priuatus.
Ἐκμοχθέω.exantlo.
Ἔκμολε.exibat.
Ἐκμοχλεύω.excutio,extirpo.
Ἐκμύζω.μ.ύσω.π.υκα.ſugo,abſtergo.
Ἐκμύζησις.ιος.ἡ.exuctio.
Ἐκμυκτηρίζω.μ.ίσω.π.ικα.derideo.
Ἐκμυκτηρισμός.ῦ.ὁ.ſubſannatio.
Ἐκναρκάω. more reſolutorum & rigentium membrorum torpeo.
Ἐκναυλόω.μ.όσω.π.ωκα. cum naui portum exeo.Neutr.
Ἐκνάκα. ferat,pro ἐνεγκάτω.Theocr.
Ἐκνημῆ.τὸ ἐξάξεις,educes.
Ἐκνευρίζω.μ.ίσω.π.ικα. eneruo,ἐκθηλύνω. Accuſ.
Ἐκνεύω.μ.νεύσω.π.νευκα. declino,ſubduco,enato. Item ἐκνευσοῦνται apud Theocritum pro ἀγωνίζουσι.
Ἐκνεφίας.ου.ὁ.procella,uentus procelloſus, quaſi è nube erumpens.
Ἐκνήφω.μ.ψω.π.φα.euigilo,reſipiſco. Neutrum.
Ἐκνήχομαι.μ.ξομαι.π.χγμαι. enato.Depon.
Ἐκνικάω.obtineo,uinco.Accuſ.
Ἐκνιτρῶ.lauo nitro.
Ἐκνιτρωθέντες.οἱ.nitro perfricti.
Ἔκνιψις.ιος.ἡ.elutio,abſterſio.
Ἔκνοια.ας.ἡ.mentis lapſus,delyrium.
Ἐκνομίως.&
Ἐκνόμως.enormiter. Ariſtoph.Pluto, καὶ τὸ ἐκνομίως μ᾽ ἠχωλίζε.
Ἔκνομος.illegitimus.
Ἐκνομώτατα. ſupra modũ, impotentiſſimè.
Ἔκνοος.ſtultus.
Ἐκνοσηλεύω.curo,medeor,conualeſco.
Ἐκνοσφίζω.alieno,reijcio.
Ἐκολῴα.perturbauit,ἐθορύβει. ἀπὸ τῶν κολοι(ῶν.
Ἑκόντι ſponte,ἑκουσίως.
Ἐκομπολάκουν.magnifica & ſuperba uerba crepabam, Ariſtoph.Ranis.
Ἑκούσιος.ου.ὁ.uoluntarius.
Ἐκπαγλότατος. formidoloſiſſimus. Agamemnon hoc nomine uocat Achillem, quaſi peruicaciſſimum, aut uehementiſſimi animi, præcipuoq; furore natum.
Ἐκπαγλεῖμαι. τὸ ἐκπλήττομαι, ſtupeo, terreor, admirationi ſum.
Ἐκπαγλούμενοι.θαυμάζοντες,ἐκπληττόμενοι.
Ἐκπάγλως, pro ἐκπλαγῶς. horribiliter, egregiè,magnificè,admirabiliter.
Ἐκπαθής.ἐος.ὁ,ἡ. impaſsibilis, extra affectus & paſsiones,immodicè affectus.
Ἐκπαιφάσσω.manifeſto.
Ἐκπαίω.egredior.
Ἐκπάλαιος.grauis,ſuperbus.
Ἐκπαλαίειν. præter gymnaſticas leges agere.
Ἐκπαππῶσθαι.in pappos tranſire.
Ἐκπαλλακίδιοι.ſpurij.
Ἐκπάτιον.extra uiam,ἔξω πάτου.
Ἐκπάτριον.diſsimile,non paternum.
Ἐκπεκτέω.pecto,uello.
Ἐκπέμπω.μ.πέμψω.π.πομφα. emitto, relego in exilium,repudio,diuulgo.Accuſ.
Ἐκπεπληχμένως.effuſe.
Ἐκπερδικίσαι. elabi aſtutè, & periculum declinare. Ductum à perdicibus, quas miræ calliditatis eſſe,ut manus aucupum effugiant,ſcribit Plutarchus. Cæl. libro 16.capite 26.& Eraſm.Chiliad.
Ἐκπέρθω.μ.σω.deſtruo, depopulor, deuaſto.
Ἐκπεριέρχομαι.circundo,cingo.Vnde &
Ἐκπεριελθεῖν. ambire & uſquequaq; circũdare. Herodia. οὐ προσδοκῶντες τὸν στρατὸν ἐκπεριελθὸν καὶ ὥσπερ σαγηνεύσας. Bud.Com.
Ἐκπερισπασμός, plus eſt quàm περισπασμός. Nam περισπασμὸς eſt, cum milites ita mouentur duplici flexu, ut eorum ora in partem poſteriorem ſpectent, ἐκπερισπασμὸς uero, eſt plenior conuerſio triplici flexione conſtans, quod fit cum poſt περισπασμὸν rurſus in haſtam conuertuntur, ſi quidem in haſtam moueri primum cœperunt, aut in læuam, ſi læuorſum & in ſcutum fuit prima inflexio. Budæus Cõmentarijs.

Ἐκπέσσω. maturo, concoquo.

Ἐκπετάζω, & ἐκπετάννυμι. extendo.

Ἐκπέταλα uocabantur pocula quædam latiora. πέταλα enim ſolia perampla dicuntur. Cæl. lib. 15. cap. 6.

Ἐκπετήσιμος. ου. ὁ. uolucris, euolatilis.

Ἐκπεφυκότες. οἱ. enati.

Ἐκπεφυλλοφορημένος. ου. ὁ. condemnatus.

Ἐκπήγνυμι. denſo, coloſtro.

Ἐκπηδάω. μ. ήσω. π. ηκα. exilio. Neutrum genitiuo.

Ἐκπηνίζεσθαι. protendere, deducere, ἐξελκύσαι ὡς πήνιον, ἐκμηρύσασθαι.

Ἐκπιέζω. μ. έσω. π. εκα. exprimo, deprimo. Accuſ.

Ἐκπιεσμὸς dicitur, quando ita ponuntur oculi, ut exerti perſeuerent & plus iuſto patentes ſint, id quod uſu uenire ſolet Athletis in certamine compreſsis.

Ἐκπίεσμα. ατος. τό. fractio caluæ in multas partes.

Ἔκπικρος. uehementer amarus. Bud. Com.

Ἐκπίμπλημι. expleo.

Ἐκπίνω. μ. όσω. π. ωκα. ebibo. Neutr. abſol.

Ἐκπίπτω. μ. πεσοῦμαι. π. ἐκπέπτωκα. decido, excido. Item degenero, deſciſco à priſtino inſtituto, & mutor. Plato, ὡς ἀπόφρων ἄνδρος τῆς πολιτείας ἐκπίπτει. Vnde ἐκπίπτω τοῦ λόγου, cum deficio ſermone, & oratio mihi non ſuppetit, & cum memoria me deficit & deſtituit, Aeſchines. Item emano, exeo, & prodeo foras, Ariſtoteles de Mundo. Item emano ad uulgus, id eſt ἔκφορος καὶ ἔκπυστος γίνομαι. Plato Dionyſ. ἀναβαίνειν δὲ μόνον ἐκπεσεῖν ταῦτα ὡς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους. Item ἐκβάλλομαι, eijcior, expellor & explodor, ut ἐξέπεσεν τῶν ἀθηναίων, Pulſus eſt Athenis, Plutarch. Sic etiam & comœdia aut tragœdia dicitur ἐκπίπτειν, quando exigitur exploditurque à ſpectatoribus: contrà ἵσταται, quando placet, quemadmodum Latinis. Bud. Com.

Ἔκπλαγος. ου. ὁ, ἡ. horribilis, odioſus, mirabilis.

Ἐκπλαγότης. ſtupor, magnitudo.

Ἐκπλαγῆναι. admirari, ſtupere.

Ἐκπλεθρίζειν. eſt genus quoddam certaminis obire, idque in præſcripta terræ dimenſione centum pedum. A πλέθρον quod eſt menſura centum pedum, & ſexta pars ſtadij uel iugerum.

Ἐκπλεωρότερα. τὰ. aptiora.

Ἐκπλέω. μ. εύσω. π. κα. enauigo.

Ἔκπλεως. plenè, ad plus, cumulatiſsimè.

Ἔκπλεως. ὁ, ἡ. planus. Item perfectus, expletus. Xenoph. καὶ τὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα ἔκπλεω ἤδη ἦν, Currus uehendis falcibus accommodi, iam tum expleti erant. Item cumulatè expletus, ut apud eundem, ἔκπλεω δὲ πάντα ἐξακονήμενοι. Ἔκπλεω πάντα ὑπάρχειν, omnia abunde ſuppetere, apud Demoſth.

Ἐκπλήγδην. indiſcretè.

Ἐκπλήθω. μ. ήσω. π. ηκα. ſuppleo, expleo. Ac.

Ἐκπληκτικός. οῦ. ὁ. terribilis.

Ἐκπληκτικῶς. cum ſtupore.

Ἔκπληξις. εως. ἡ. ſtupor, ſyderatio, cogitationis ſtupor ex repentina conſternatione extrinſecus aduenienens.

Ἐκπληρόω. μ. ώσω. π. ωκα. expleo. Accu.

Ἐκπλήρωσις. εως. ἡ. expletio.

Ἔκπληξις. tabes, quaſi percuſsio & ſtupor arborum, cum ſtirpes exareſcunt, abs tabido morbo exacti eo modo, quo homines ægri longa tabe defecti.

Ἐκπλήσσομαι. μ. ήξομαι. π. ηγμαι. ſtupeo, cum ſtupore admiror, attonitus fio, obſtupeſio. Depon.

Ἐκπλήσσω. μ. ήξω. π. ηχα. perterreo, perterrefacio, conſternatione afficio, in ſtuporem præ admiratione redigo, perculſum reddo. Accipitur pro ictu ſecuris excutio, apud Theoph. Accuſ. Bud. Com.

Ἐκπλινθεύειν. diſſoluere, lateres demere.

Ἔκπλοος. ου. ὁ. emiſſa claſsis, enauigatio.

Ἐκπλύνω. μ. υνῶ. π. υγκα. eluo. Actiu. accuſ.

Ἐκπλυτός. οῦ. ὁ. lauabilis, nō retinens calorem.

Ἐκπνευματούμενος, in uentum redactus.

Ἔκπνευσις. εως. ἡ. expiratio, cum aërem reddimus reſpirando. Huic contrarium eſt ἀνάπνευσις. Bud. Com.

Ἐκπνέω. μ. εύσω. π. ευκα. expiro, exhalo.

Item

Item morior. Neutr. accuſ.
Ἐκπνοή. expiratio.
Ἐκποδός. ſtatim, ad pedem.
Ἐκποδὼν. eminus, procul. Ariſtoph. in Ran. ἄπαγε σκαιὸν ἐκποδὼν, ὦ σωφρονοῦς.
Ἐκποδὼν ποιεῖσθαι. amoliri, amouere ne quid obſtet.
Ἐκποιεῖσθαι. alienari, in adoptionem dari.
Ἐκποίησις. εως. ἡ. alienatio.
Ἐκποίητος. ου. ὁ. dicitur qui datus eſt alicui à patre in adoptionem, iam'que à ſua familia alienatus eſt, atque ubi id factum eſſet, ἐκποίητος iam dicebatur eius familiæ in quam aſcitus erat. Dicitur etiam υἱόθετος, ab υἱός & τίθεσθαι τὸ ποιεῖν, quaſi filius factitius. Differt autem τοῦ ἀποκηρύκτου. nam is dicitur qui ob ſcelera è familia reiectus eſt à patre. Latini abdicatum appellant. Budæus Commentarijs.
Ἐκποιῶ. in adoptionem do. Item ſufficio, ἐξαρκῶ. Theoph. ἐκποιοῦντος ἔτι τῆς ὥρας, Tempore anni adhuc ſufficiente, hoc eſt pariendi ſpatium præbente. Item alieno, hoc eſt emancipo. Item efficio & conſumo. Ἐκποιῶ με τοῦ δικαστηρίου, ſubduco me è iudicio. Budæus Commentarijs.
Ἐκπολίζω. &
Ἐκποκιῶ. uello crines.
Ἐκπολεμέω. μ. ήσω. π. ηκα. uinco, debello.
Ἐκπολεμόω. μ. ώσω. π. ωκα. reddo inimicum. Accuſ.
Ἐκπολέμωσις. εως. ἡ. debellatio.
Ἐκπολιορκέω. μ. ήσω. π. ηκα. per obſidionem capio. Actiu. accuſ.
Ἔκπομα, uel ἔκπωμα, cum ω. ατος. τὸ. poculum.
Ἐκπομπεύω. μ. εύσω. π. ευκα. pando ſecreta, conuicior. Accuſ.
Ἐκπομπή. repudium, relegatio in exilium.
Ἐκπονέω. μ. ήσω. π. ηκα. elaboro, labore quæro, colo, excolo, exerceo, meditor. Neutr. abſol. Budæus Commentarijs.
Ἐκπονηθείς. έντος. ὁ, ἡ. excultus, elaboratus.
Ἐκπεπονημένοι τοὺς πόδας. qui pedibus iter facere aſſueuerunt, Xenoph.
Ἐκπονοῦμαι. idem quod ἐκπονέω.
Ἐκπορεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. exeo, egredior, proficiſcor, procedo. Depon. abſol.
Ἐκπόρευσις. εως. ἡ. proceſsio.
Ἐκπορευτός. οῦ. procedens.
Ἐκπορθεῖν. capio, duco captiuos, expugno.
Ἐκπορίζομαι. &
Ἐκπορίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſubminiſtro, ſuppedito, præbeo, comparo. Plutarchus, ἀσφάλειαν ἐκπορίζοι, Securitatem præſtet. Plato in Gorgia, paſsiue uſus eſt.
Ἐκπορπησάμενος. ὁ. fibulatus, annectês fibulas.
Ἐκποτάω. μ. ήσω. π. ηκα. euolo. Neutrum abſolutum.
Ἐκπουλοῦν. cicatrice obducere.
Ἐκπούλωσις. εως. ἡ. obductio cutis, cicatrix.
Ἐκπραΰνω. μ. υνῶ. π. υγκα. māſuefacio. Accuſ.
Ἐκπρεπής. έος. ὁ, ἡ. elegans, inſignis.
Ἔκπρησις. ἡ. exuſtio, intenſio.
Ἐκπρίαμαι. μ. ίσομαι. π. ιημαι. emo. Depon.
Ἐκπροθεσμεῖν. in mora eſſe. uerbum eſt in Pande. Græcis. Budæus Commentarijs.
Ἐκπροθέσμους ἥκειν. uenire ultra diem præfixum condictum'ue.
Ἐκπρόθεσμος, & ὑπερήμερος τοῦ ὀφλήματος ἢ ὑποσχέσεως, qui ad diem præſcriptum non ſoluit debitum, aut non implet quod promiſit. Budæus Commentarijs.
Ἐκπροφανοῦς. palàm.
Ἐκπτερύσσειν. alas motitare ac uerberitare, ut muſca in ſole. Lucianus in Encomio muſcæ, καὶ μὴν ἀλείφεται κατὰ τοὺς ταῶνας, ὅτις ἀτενὲς βλέποι ἐς αὐτὴν, ὁπόταν ἐκπετάσασα πρὸς τὸν ἥλιον ἐκπτερύσσηται. Et quidem pauonum inſtar uariegata eſt, ſi quis attentius in eam oculos defigat, cum expanſis ad ſolem alis ſeſe uerberitat.
Ἐκπτάσσω. extendo.
Ἐκπλήσσεσθαι. ἐκπλαγῆναι, obſtupefieri.
Ἔκπτωτος. ſine caſu. Aliquando enim ἐκ priuationis ſignum eſt.
Ἐκπαδούς. repente.
Ἐκπυΐσκειν. ad ſuppurationem perducere.
Ἐκπυνθάνομαι. μ. εύσομαι. π. υσμαι. interrogo. Depon. accuſ.
Ἔκπυρος. ου. ὁ. feruidus. (pon.
Ἐκπυρόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. exardeo. De

Ἐκπυρόω.μ.ώσω.π.ωκα.incendo, accendo, inflammo. Accuſ.

Ἐκπυρσεύω.μ.εύσω.π.ευκα. igni luceo. Neutrum abſol.

Ἐκπύρωσις.ιος.ἡ.exuſtio. Cæl.lib.12.cap.24.

Ἔκπυστον. quod iam clarum ac diuulgatum eſt, extra auditum atque famam. ἔκπυστον γίνεσθαι, famam præuertere, Thucyd.

Ἐκπωλεῖσθαι. προγυμνάζεσθαι.

Ἔκπωμα.ατος τό.poculum, cyathus.

Ἔκραχος. ſtipes.

Ἐκρέω.decido, effluo.

Ἔκρηγμα.locus abruptus, ſalebra. Item eruptio aquarum in magnis imbribus. Budæus Commentarijs.

Ἐκρήγνυμαι.erumpo. Plutarchus, νότος ἐκραγεὶς ἄπιστος τὸ μέγεθος, Ventus incredibili magnitudine coortus. Rumpi enim uidetur cœlum, cum huiuſmodi turbines & procellæ effunduntur supernè. Accipitur pro excandeſco, & in iram præcipitem erumpo, Greg. Bud.ibidem.

Ἐκρηγνύω.μ.ήξω.π.ηχα. ſcindo, impreſſiōem facio. Actiu.accuſ.

Ἔκρηξις.ιος.ἡ.uociferatio.

Ἐκριζόω.eradico.

Ἔκριμμα.ατος.τό.purgamentum.

Ἐκροή.ῆς.ἡ.effluxio.

Ἐκροφεῖ.exorbet.

Ἐκρύω.effluo.

Ἔκρυσις.ιος.ἡ.effluxio. Ariſtoteles libro ſeptimo de hiſtor.animal. tradit uocari τὰς ἐκρύσεις, hoc eſt eas conceptus corruptiones, quæ intra ſeptimum diem fiunt, abortiones uerò ἐκτρωσμούς. uſque ad quadrageſimum uocitari.

Ἐκσαγηνεύω.irretio.

Ἐκσάρκωμα. excreſcentis carnis uitiū quod in oſſibus cum euenit poſt fracturam ſanatam, dicitur ὑπερπώρωσις.Bud.Com.

Ἐκσείω.μ.είσω.π.εικα.concutio.

Ἐκσαπόμενος.ου.putrefactus.

Ἐκσιφωνίζω. per ſiphonem euacuo.

Ἐκσκευάζομαι.exporto.Bud.Commentarijs.

Ἐκσκιαγραφημένον.adumbratum, umbratili pictura deſcriptum, ſimilitudinem referens, inchoatum, non perfectum.

Ἐκσκιασμένον.adumbratum.

Ἐκσπάω.μ.άσω.π.ακα.euello. Accuſ.

Ἐκσπερματίζω. ad ſemen peruenire, ſemen reddere.

Ἔκσπονδος.ου.ὁ. excluſus à fœdere, uel à ſocietate, fœdifragus.

Ἔκστασις.ιος.ἡ. perculſio, ſtupor, mentis emotio, mentis alienatio ex pauore aliquo repentino. Hanc (inquit Valla) qui habet, Latinè dicitur mente captus, non dico cum de inſano loquimur, ſed qualis eſt ille apud Quintilianum, qui ad inſperatum amici ſubitumque conſpectum dicitur ſtetiſſe mente captus. Dionyſius ſic uocat abſtractionem mentis à corpore, ad contemplanda cœleſtia, quæ etiam ἀναγωγὴ dicitur. Quidam definiunt, non diu perſeuerantem inſaniam. Alij contra inſaniam perennem. Ἔκστασις οἴνου, dicitur de uino quod degenerare & corrumpi incipit. Hoc præterea nomine nunc ſomnum, nunc terrorem dici animaduertas. Cæl.lib.9.cap.29. & Bud.Com.

Ἐκστατικός.ῦ.ὁ. qui mente facile commouetur, attonitus, fanaticus, ἔνθους, numine afflatus. Item qui in furorem agitur, ὁ ὀξύς, ὁ ὀξυκάρδιος, ὁ ἐμμανής, furioſus, qui pronus eſt ad iracundiam furibundam, & facile ad impotentiam animi erumpit, & in cæcos ac præcipites impetus, quales Cicero effrenatos appellat. Ariſtoteles, οἱ δὲ ταῦροι καὶ οἱ κάπροι θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί.

Ἐκστέλλω.μ.στελῶ.π.σταλκα. orno, extramitto. Accuſat.

Ἐκστερεῖν.priuare.

Ἐκστραγγίζω.excolo, ſtillatim exhaurio.

Ἐκστρατεία.ας.ἡ.&

Ἐκστράτευσις.ιος.ἡ.expeditio militaris, & peregrinatio.

Ἐκστρατεύω. infeſto exercitu exeo & inuado. Budæus Commentarijs.

Ἐκστρατοπεδεύομαι.μ.εύσομαι.π.ευμαι. caſtra loco. Depon.

Ἐκστρέφω.μ.ψω.π.φα.muto,inuerto,in aliumhabitum commuto. ut ἐκστρέφω τὸ ἱμάτιον,ἀντὶ τοῦ τὸ πρὸς ἔσω μέρος,ἔξω μετατίθημι. Ariſtoph.in Pluto,κατέπλασεν αὐτοῦ τὰ βλέφαρ' ἐκστρέψας,ἵν' ὀδυνῷτο μᾶλλον,id eſt, Oculos eius inuerſos alleuit.

Ἐκσυναγχοῦσθαι.in orificio aperiri.

Ἐκσφράγισμα.imago,effigies.

Ἔκτα pro ἔκτανεν.occidit.

Ἐκτάδην.porrectim.

Ἐκτάδιος.ε.ὁ.extenſus.

Ἐκταδὶν.extenſim.

Ἐκταῖος.ſextus,ἕκτος.Suid.

Ἔκτακτοι.extraordinarij.Budæus Com.

Ἐκτανής.έος.prolixus.

Ἐκτανύω.μ.ύσω.π.υκα. produco, id eſt longo,extendo. Accuſ.

Ἐκταπεινοῦται. humiliatur.

Ἐκταράττω.obturbo,moleſtus ſum.

Ἐκταρβημένος. ſtupens,attonitus.

Ἔκτασις.εως.ἡ.productio. Figura, quando ſyllaba breuis extenditur.

Ἐκτάττω.profero. Item τὸ παρατάττω,inſtruo aciem, καὶ συντάττω, id eſt compono ordines & agmen. Bud.Commentarijs.

Ἐκτείνω.μ.τενῶ.π.τακα. produco, extendo, cu(ro.

Ἐκτειχίσαι.extruere.

Ἐκτελεῖν τὴν δίκην.pœnas pendere.

Ἐκτελεῖται.perficitur.

Ἐκτελής.έος.ὁ.ἡ.perfectus.

Ἐκτελὸς.έος.τὸ.prouentus fructuum.

Ἐκτέματα. τὰ. puſtularum eruptiones in capite.

Ἐκτέμνω.μ.ἐκτεμήσω.π.ἐκτέτμηκα. excido, id eſt caſtro. Accuſ.

Ἐκτένεια.ας. ἡ. aſsiduitas, perſeuerantia, extenſio. Accipitur pro copia & abundantia.

Ἐκτενής.έος.ὁ.prolixus, intentus, animi non anguſti,liberalis.

Ἐκτενῶς. ὁλοψύχως, προθύμως, omnibus uiribus, toto animo, prolixè, id eſt admodum liberaliter.Cic. pro Flacco. Id non ſolum fecit, ſed etiam prolixè cumulateq; fecit.id eſt ἐκτενῶς.

Ἐκτέον. habendum eſt, κτητέον. aduerbialiter.

Ἐκτεθεωκέναι.meritis afficio.

Ἐκτετμημένοι.οἱ.caſtrati,ſpadones.

Ἐκτεύς.έως.ὁ. triens, ſextarius, eſt autem octo chœnicum: ab eo dictus, quòd ſit ſexxtarius medimni,hoc eſt modij. Budæus de Aſſe,& Commentarijs.

Ἕκτη,τρίτη,τετάρτη. numiſmatum appellationes ſunt.

Ἐκτήκομαι. colliqueo, intabeſco. Bud.Com.

Ἐκτήκω.μ.ήξω.π.ηκα. liquefacio, tabefacio, macero. Accuſat.

Ἐκτημόριον.ε.τὸ. ſextans,ſexta pars.

Ἐκτίθημι. expono puerũ, et expono in terrã, hoc eſt è naui educo in littus. Bud.Com.

Ἐκτική. ſpecies febris leuiter oſsibus inhærens,ut uix ſentiatur donec paulatim corpus abſumat,quaſi dicas habitualem.

Ἐκτικοί.οἱ. qui corporis habitudine laborãt.

Ἐκτίλλω.euello.

Ἐκτιλοῦσθαι.ſignificat puellam demulcere, atque ita demũ conciliare, ut uxorẽ ducat. Ἀκτίλος quod arietem ſignificat mitem ac manſuetũ. Herodotus, ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν ἀμαζόνων. Hinc ἐκτιλώμενος Pauſan.qui cuipiam familiaris eſt factus.

Ἐκτιμᾶσθαι. indicare, æſtimare. Vendentis autem eſt, quod & τιμᾶσθαι dicitur & ὑπερτιμᾶσθαι. Item ἐκτιμᾶται, ualde honoratur.Budæus Commentarijs.

Ἔκτιμος.expers honoris.

Ἐκτιναγμός.οῦ.ὁ.concuſsio.

Ἐκτινάσσω.μ.άξω.π.αχα. excutio, amolior.

Ἐκτιννύω.& (Accuſ.

Ἐκτίνω.μ.ίσω.π.ικα.reddo,retribuo, rependo,exoluo,reſtituo, pœnas do & pendo. Accuſ. Budæus Commentarijs.

Ἔκτισμα.ατος.τὸ.retributio,penſio.

Ἐκτιτρώσκω.μ.ἐκτιτρώσω.π.ωκα.pario,abortum,abortio. Neutrum abſol.

Ἐκτίω.μ.ίσω.π.ικα.reddo, trado, perſoluo, rependo. Item condo,extruo. Accuſ.

Ἐκτοιῶ.obſtupefacio.

Ἔκτοθεν. extrinſecus, pro ἔκτοσθεν carminis cauſa, ſicut ὄπιθεν,pro ὄπισθεν.

Ἐκτοιχωθάς.corruptus,compreſſus.

Ἐκτολυπεῦσαι. elaborare, perficere.

Ἐκτομεύς. έως. ὁ. ſculptor, excisor.

Ἐκτομή. ῆς. ἡ. excisio, exectio, id eſt caſtratio.

Ἐκτομίας. ου. ὁ. exectus, caſtratus, Herodoto.

Ἔκτομις dicitur de uulua porcorum, quam Latini eiectitiam uocant.

Ἔκτομος. ueratrum nigrum, Hippoc.

Ἐκτοξεύω. μ. εύσω. ευκα. exhaurio. Sumptum eſt uel à pharetra ſagittis exhauſta, uel ab ijs quæ ſagittis confecta pereunt. Accuſ.

Ἔκτοπον. peregrinum, abſurdum.

Ἐκτοπίζω. exigo procul, ſummoueo, transfero, τὸ μεταβάλλω, ſedem muto, & in aliam regionem commeo. Bud. Com.

Ἐκτοπισμός. οῦ. ὁ. exilium, ſedis mutatio.

Ἐκτοπίως. enormiter, ἐκτόπως, παραδόξως.

Ἔκτοπος. ὁ. ἡ. intolerabilis, difficilis, peregrinus, uiolentus, magnus.

Ἐκτόπως. indecenter, ineptè, grauiter, ſupra modum.

Ἐκτορμεῖν. excurro præſcriptum terminum.

Ἕκτος. ου. ſextus.

Ἐκτός. extra, ſine, præter, foras.

Ἔκτοσθε. &

Ἔκτοσθεν. &

Ἔκτοσθι. extra.

Ἐκτραγῳδέω. μ. ήσω. π. ηκα. & ἐκτραγῳδίζω. tragicè aliquid narro, hoc eſt cum amplificatione & commiſeratione augeo, tragicè deploro, uel ita narro ut in admirationem euadere rem uelimus. Bud. Com.

Ἐκτράπελος. ου. ὁ. auerſans cōmunem naturæ modum, inuerſus, qui plus iuſto creſcit.

Ἐκτραχηλίζω. μ. ίσω. π. ικα. excollo, excido, præcipito, ceruicem frango. Accuſ.

Ἐκτραχύνω. exaſpero.

Ἐκτρέπομαι. τὸ ἔξω ὁδοῦ ἵσταμαι, diuerto, digredior, deflecto iter, à uia militari & plauſtraria digredior. Ponitur pro auerſor & fugio, ut abominandum, aut nefaſtum, ominoſum. Lucian. καὶ ἐκτρέπεσθαι ἀπαντῶντα τὸ θέαμα. Item decedo uia non tamen honoris cauſa, ut cum alicui occurrere nolumus. Demoſth. οὗτος ἐκτρέπεται μὴ νῦν ἀπαντῶν. Sic & Cæſar, Quibus ita interdictum eſt, ijs omnes decedunt, aditum ſermonemq́ diffugiunt. Item mutor, ἐξίσταμαι καὶ μεταβάλλω, & degenero. Bud. Com.

Ἐκτρέπω. μ. έψω. π. αφα. conuerto, detorqueo, deflecto, euito. Actiu. accuſ.

Ἐκτρέφω. μ. ἐκθρέψω. π. αφα. enutrio. Accuſ.

Ἐκτρέχω. μ. ἐκδραμοῦμαι. π. ἐκδεδράμηκα. excurro. Neut. genit. iung.

Ἐκτριβή. ſeparatio.

Ἐκτρίβω. μ. ψω. π. αφα. extero.

Ἔκτριμμα. τὸ. attritus.

Ἐκτριχωθείς. euulſus, læſus.

Ἐκτροπή. ῆς. ἡ. diuortiū, digreſsio, ἡ πάροδος, Ariſtoph. βατ. Item degeneratio, mutatio. Bud. Com.

Ἐκτροπία. morbus quādo palpebræ deorſum conuerſæ ſunt.

Ἐκτροπίας, & τροπίας. uappa, uinū quod deterius factum eſt & uappeſcit. Bud. Com.

Ἔκτρωσις. abortus.

Ἐκτροφή. ῆς. ἡ. educatio, nutrimentum.

Ἐκτρυγῆσαι. extenuare, oblinere, accidere, περιτρύγειν, καταναλίσκειν, τρυγᾶν, ἀποκναίειν, πελεκίζειν. Liu. Acciſæ à Camillo Volſcorum res, id eſt ἐκτετρυχωμέναι. Bud. Com.

Ἐκτρυπῆσαι. erumpere.

Ἐκτρυφᾶν. cum datiuo idem quod ἐντρυφᾶν.

Ἐκτρύχω. extero, ἐκτρίβω.

Ἔκτρωμα. ατος. τὸ. &

Ἐκτρωματιαῖος. ου. ὁ. abortiuus.

Ἐκτρωσμοί. οἱ. abortiones.

Ἐκτυπάομαι. ſono, crepo.

Ἐκτυπή. ῆς. ἡ. ſculptura.

Ἐκτυπόω. aſsimilo, exprimo.

Ἔκτυπος. manifeſtus.

Ἐκτύπωμα. τὸ. effigies.

Ἐκτυφλοῦσθαι. lædi oculis, & tantum non obcæcari.

Ἐκτυφλόω. μ. ώσω. π. ωκα. excæco.

Ἑκυρά. ᾶς. ἡ. ſocrus.

Ἑκυρός. οῦ. ὁ. ſocer.

Ἐκφάδην. manifeſtè.

Ἐκφάζω. enarro.

Ἐκφαίνομαι. μ. οῦμαι. π. αμαι. eluceo. Depon.

Ἐκφαίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. manifeſto, edo, prodo

do quod occultum eſt & arcanum, enarro. Bud. Com.

Ἐκφανής. έ☉. ὁ, ἡ. inſignis, illuſtris, manifeſtus.

Ἐκφανίζω. indico.

Ἔκφανσις. διαγόρευσις, narratio. Bud. Com.

Ἐκφαντικῶς. expreſſe, euidenter.

Ἔκφαντοι. multi.

Ἐκφαντίσματα. τὰ. purgamenta, ὅτι καθαίρουσι τὰς φάτνας, præſepium.

Ἐκφάντορες & ἐκφανθεικοὶ ἀποφαντικοὶ τάξεις. dicuntur angelorum ordines, qui diuina interpretandi munere funguntur, & quæ diuinitus acceperunt, aut à ſuperioribus ordinibus deinceps hauſerunt, infimis ordinibus quaſi per manus tradunt, & illi rurſus uiris ſanctis enunciant & produnt. Bud. Com.

Ἐκφανθεία. pro doctrina rerum reconditarum myſticarumque interprete & enarratrice. Bud. ibidem.

Ἐκφαυλίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſiue ἐκφαυλίζω. uilipendo, deſpicandam oſtendo, quod eleuare dicitur Latinis. Cic. de Orat. 2. Mouere riſum oratoris eſt, quod frangit aduerſarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat.

Ἐκφέρομαι. fero, aufero, id eſt mereor, reporto, φέρομαι, Demoſthe. Accipitur ſubinde pro ſuo actiuo. Et aliquãdo paſſiue pro rapior, auferor, & trãſuerſum agor, ut qui fluctibus & undis æſtuque auferuntur. Ariſtot. ἐκφερόμενος ὑπ' αὐτῶν πραγμάτων, Qui à reipſa tranſuerſus agitur. Bud. Com.

Ἐκφέρω μ. ἐξοίσω. π. ἐξενήνοχα. effero, produco, id eſt emitto. Itẽ effero funere, Antiphon. Item narro, commemoro, Plutar. Item refero ad ſenatum uel conſilium, ut ἀναφέρω. Item prodo, defero, arcanum enuncio & foras effero, καταγορεύω, diuulgo, Aeſchi. Item ἐκφέρειν dicitur equus, qui ſeſſorem contumaciter aufert, hoc eſt qui in alterũ duntaxat latus flectitur propter oris cõtumaciam. Demoſth. procedere, & proferre uſus eſt, καὶ τοῦτο τὸ δεῖγμα ἐξενηνοχότος περὶ ἑαυτοῦ, Et hoc de ſe ſpecimen edente. Ἐκφέρειν etiam fœminæ dicuntur apud Ariſtotel. lib. 7. de hiſt. an. quæ uterum ad exactos menſeis perferunt. Ἐκφέρειν γραφὴν, poſtulare aliquẽ, & idem quod ἀποφέρειν γραφήν. Ἐκφέρειν πόλεμον, inferre bellum, Iſocr. Bud. Com.

Ἐκφεύγω. μ. ἐκφεύξομαι. π. φευγα. effugio. Accuſatiuo.

Ἐκφθαρὰς eiectus, ὁ ἐπὶ κακῷ ἐξελθών.

Ἐκφλυδάνω. ebullio, enaſcor.

Ἐκφλογοῦται. inflammatur.

Ἐκφλύξαι. ebullire.

Ἐκφοβέω. μ. ήσω. π. ηκα. exterreo.

Ἔκφοβος. ου ὁ timore exterritus.

Ἐκφοιτάω. μ. ήσω. π. ηκα. procedo, egredior.

Ἐκφορά. ᾶς. ἡ. pronunciatio. Item elatio funeris, ἐκκομιδὴ, Lyſ. Bud. Com.

Ἐκφορέω. μ. ήσω. π. ηκα. effero, ἐκφέρω. Demoſthe. pro pignorari, & ἐκπεφορημένα σκεύη pignora capta dixit. Bud. ibidem.

Ἐκφόρημα. ατος. τό. &

Ἐκφορία. ας. ἡ. &

Ἐκφόριον. ου. τό. fructus, fructificatio.

Ἔκφορος. ου. ὁ, ἡ. aberrans, πλάνος. Itẽ proditus, peruagatus, uulgatus, peruulgandus, promulgatus. Gregor. ἔχεις τῶν μυστικῶν εἰς τὰ ἔκφορα. Item concitatus, percitus, Syneſ. Bud. Com.

Ἐκφοιτάω. μ. ήσω. π. ηκα. procedo, egredior.

Ἐκφράσαι. exprimere.

Ἔκφρασις. εως. ἡ. deſcriptio, explanatio, pura meráque enarratio, ſeu explicatio. Heſych. λόγον ἐναργῆ, id eſt euidentem ſermonem, orationem'ue interpretatur. Cal. lib. 7. capite 40.

Ἐκφραστικόν. οῦ. elocutio, interpretatio.

Ἐκφροντίζω. excogito, conſulo.

Ἐκφρόνως. ἀνοήτως, citra mentem, ſtultè.

Ἐκφρῶ. ſync. à φέρω. emitto. Bud. Com.

Ἔκφρων. ονος. ὁ, ἡ. amens, ἐξεστηκώς.

Ἐκφυάς. άδος. ἡ. appendix.

Ἐκφυής. έος. ὁ, ἡ. præſtans ingenio.

Ἐκφυλλοφορῶ. ſenatu aliquem uel ordine moueo, et eijcio, ob reptitium è tribu uel populo eijcio. Dictum à frondibus, quibus ſuffragiorum loco utebantur. Bud. Com.

Ἔκφυλος.ου.ὁ,ἡ.terribilis,præter naturam exiſtens,alienus.

Ἔκφυμα.τὸ.ἐξάνθημα.

Ἐκφύομαι.enaſcor,exorior.

Ἐκφυσάω.μ.ήσω.π.κκα.efflo. Actiu.accuſ.

Ἐκφύσημα.ατος.τὸ.efflatio,uenti ſibilus.

Ἔκφυσις.ιος.ἡ.excreſcentia,exortus.

Ἐκφύω.produco,germino.

Ἐκφωνέω.μ.ήσω.π.κκα.pronuncio. Accuſ.

Ἐκφώνησις.ιος.ἡ.pronunciatio.

Ἐκχείρημα.audacia.

Ἐκ χειρός.cum omni ſtudio.

Ἐκχιλοῦσθαι.negligere,uilipendere, apud Pauſaniam.

Ἐκχέω.μ.έσω.π.κκα.effundo. Accuſ.

Ἐκχιλόω μ.ώσω.uaſto, in ſolitudinem redigo.

Ἐκχοίζω.fodio.

Ἐκχυλίζοντα.liquant humorem.

Ἐκχυλίζω.exugo,λαπίζω.

Ἐκχυμίζω.idem,perfruor.

Ἐκχύμωμα.&

Ἐκχύμωσις. ſanguis collectus in loco contuſo.Bud.Com.

Ἐκχυρώματα.αἱ ποιώδεις συλλογαί,ceſpites,uel collectiones herbarum.

Ἐκχωρίζω.reijcio.

Ἐκχύω.circunfundo.Ioſeph.li.2.τὸ Ἰουδαϊκὸν πλῆθος ἐξεχύθη,πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ, Iudæorũ multitudo circumfuſi properabant uiſendi eius ſtudio.

Ἐκχωρέω.μ.ήσω.π.κκα.excedo,cedo. Datiuo.

Ἐκψύχω μ.ύξω π.υχα.expiro, animo deficio, λειποθυμέω. Neut.abſol.

Ἑκών.όντος.uoluntarius,ultroneus,ultrò.

E Λ.

Ἐλάα.ας.ἡ.fructus oleæ,ἐλαία uero arbor.

Ἐλάδιον.parum olei.

Ἐλάζω.gradior.

Ἐλαθείς.ὁ.ἡ.transfixus.

Ἐλαθερής.calefactus à ſole.

Ἐλαῖα.ας.ἡ.oliua arbor.

Ἐλαίαγνος.ἡ.oleaginus, planta in lacu Orchomenio naſcens.

Ἐλαΐδες.αἱ.oleæ arbores.

Ἐλαΐζειν.circa oleas laborare.

Ἐλαΐζων.ὁ.colore oleæ.

Ἐλαιατίς.ίδος.ἡ.locus paluſtris.

Ἐλαιόδευτος.ου.ὁ.oleo irrigatus.

Ἐλαιοδόχος.ου.ὁ.oleum continens.

Ἐλαιονομεῖν.oleas curare.

Ἐλαιολόγος.ου.ὁ.olearum collector.

Ἔλαιον.ου.τὸ.oleum.

Ἐλαιεύς.έως.ὁ.miſcens uenenum,φαρμακεύς.

Ἐλαιοπώλιον.ου.τὸ.ubi oleum uenditur.

Ἐλαιώδης.oleoſus.

Ἐλαιοτριβεῖον.ου.ubi oleum conficitur.

Ἐλαιόφριγον.fex olei,amurca.

Ἐλαιοφόρον.ου.τὸ.omne uas olearium.

Ἐλαιόφυτον.ου.τὸ.oliuetum.

Ἐλαιόω.ſplendidum facio,aut pingue,& ſordidum.

Ἐλαιών.ῶνος.ὁ.cella olearia,oliuetum.

Ἐλάκησε.ſtrepuit,crepuit.

Ἐλαμῖται.οἱ.Elamitæ,Parthi.

Ἐλάσας.αντος.ὁ,profectus.

Ἐλασάσκω.impello,conturbo.Accuſ.

Ἐλασείω,ab ἐλαύνω.expeditionem affecto, & molior,apparoq́. Lucian.in Charonte, καὶ νῦν ἐλασείοντί τι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, Et nunc moliri expeditionem uidetur in Lydiam. Bud.Com.

Ἐλασία.ας.ἡ. impulſio, δίωξις. Item uectatio,equitatio.Bud.Com.

Ἐλασίβροντος.ου.τὸ.à tonitru agitatus,more tonitrus impulſus,magnificus.

Ἔλασις.ἐλασία.Bud.Com.

Ἔλασμα.ατος.τὸ.plica,πτύξ,fruſtum.

Ἐλασμός.οῦ.ὁ.lamina,fruſtum.

Ἔλασσον.ονος.τὸ.minus.

Ἐλάσσωμα.ατος.τὸ.uitium,detrimentum.

Ἐλάσσων.ονος.ὁ,ἡ. minor, ad numerum aliquando refertur,paucus.

Ἐλαττῶν.οῦντος.ὁ.minuens.

Ἐλαστρῶ,pro ἐλαύνω.ago,pello.

Ἐλάτειρα.expultrix,διωκτεία ἀπελαστική. Budæus Com.

Ἐλάτη.ης.ἡ.abies. Eſt etiam plantæ cuiuſdam maritimæ ſpecies, quæ petris adnaſcitur.

Ἐλατήρ.ῆρος.ὁ.auriga. Itẽ expulſor. Vnde

Ἐλατήριον.τὸ. agitatorium, elaterium, quo Plin.utitur,tanquam nomine in Latinita

tem recepto, medicamẽtum factum ex cucumere quo uenter purgatur. Romani anguinum & ſylueſtrem cucumerem uocāt. Bud. Com.

Ἐλάτης. ου. ὁ. Neptunus dicebatur apud Athenienſeis. Item extrema, & latior pars remi in nauigio, ſignificatione à palmæ arboris parte potius, quàm à palma manus ducta. Palmulam Latini uocāt, unde Maro, Et læuas ſtringat ſine palmula cautes.

Item noui, & iamiam naſcentis in palma fructus.

Ἐλατικός. uenatorius.

Ἐλάτινος. ου. ὁ. abiegnus.

Ἐλατός. ῦ. ὁ. ductilis.

Ἔλασφον. indumentum, ſuccinctum.

Ἐλαττονάκις. uarie.

Ἐλαττονέω. μ. ήσω. π. κκα. minuo. Accuſ.

Ἐλαττοῦμαι. cedo, inferior ſum, Genit.

Ἐλαττόω. μ. ώσω. π. ωκα. minuo. Actiu. accuſ.

Ἐλάττων, comparatiu. à μικρός. minor. περὶ ἐλάττονος ποιεῖν, contemnere. Ἔλαττον φέρομαι, poſteriores partes fero, alijs cedo.

Ἔλαττον ἔχω, uincor, & ſuperor in ludo uel alia re, deteriore cõditione uiuo. Ἐλάττων ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, inferior quàm pro ſuo ingenio atq; animo. Ἐλάττων χρημάτων, minor ſiue inferior pecunijs, id eſt ſordidus. Bud. Com.

Ἐλάττωσις. ιος. ἡ. diminutio, defectus.

Ἐλαύνομαι. dicitur equito, ſed de equo, ſicut ἐλαύνω de uiro.

Ἐλαύνω. μ. άσω. π. κα. inſequor, uexo, inſector. Vnde Herodian. ὑπὸ τῆς ἐυνοίας τῶν ἔργων ἐλαυνόμενος, Stimulante eum conſcientia ſcelerum. Et Pauſa. τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη τοὺς μεσσηνίους ἤλαυνεν, Fatũ iam exagitabat & exercebat Meſſenios. Sic ἐλαύνει λοιμὸς τὴν πόλιν, fatigat, καταπονεῖ.

Interdum remigo, κωπηλατῶ, Xenoph.

Interdum agito currum. Lucian. ἔλαυνε μὴ ἐλάσῃς τύμβον. Interdum expeditionem ago, Pauſa. Interdum expello. Vnde ξενηλατεῖν, externos eijcere, alienos abigere, Plutar. 8. Symp. Interdũ promouere, progredi, euadere, ut εἰς ἄκρον ἀνοίας ἐλήλακα καὶ φρενῶν, Chryſoſt. de diuite euangelico. Sic εἰς ἄκρον τῆς παιδείας ἐληλακὼς, pro eruditiſſimo, Plutarch. Interdum equitare, in acie incedere, equoq; uehi: & id de equite, ſicut ἐλαύνεσθαι de equo, Xenoph. in Hipparch. Interdum arceſſere & accuſare, ut ἐλαύνεται ἀσέβειας, arceſſitur impietas. Interdum refertur ad eas res quas producere ſolẽmus, ut eſt ferrum, ſiue æs: quod ἐλαύνειν dicimur, & ducere, hoc eſt ductile opus facere. Sic ἐλαύνειν τεῖχος, ducere murum. Sicut Cæſ. de bel. Gal. 1. Murum in altitudinem pedum ſexdecim, foſſamq; perducit. Bud. Commentarijs.

Ἐλαφᾶν. fugere more cerui.

Ἐλάφειον. ου. τὸ. cornu, uel caro cerui.

Ἐλάφειος. ου. ὁ. ceruinus.

Ἐλαφηβολία. ας. ἡ. uenatio ceruorum.

Ἐλαφηβολιών. ῶνος. ὁ. december. A ceruis, qui hoc menſe Dianæ immolabantur.

Ἐλαφηβόλος. ου. ὁ. uenator ceruorum, quĩ ceruos iaculatur. ab ἔλαφος & βάλλω. Sed generaliter apud Homer. accipitur pro quouis uenatore.

Ἐλαφίνης. ου. ὁ. hinnulus.

Ἐλαφόβοσκον. ου. allium.

Ἔλαφος. ου. ὁ, ἡ. ceruus, cerua, quaſi ἐλαφρός.

Ἐλαφράω. alieno.

Ἐλαφρία. ας. ἡ. leuitas & ſtultia.

Ἐλαφροειδής. tunica illa tenuis, qua teſticuli inuoluuntur.

Ἐλαφρός. ᾶ. ὁ. leuis, agilis, facilis portatu. Cretenſibus & Iupiter ſic dicebatur.

Ἐλαφρότερον. leuius, facilius.

Ἐλαφρύνω. μ. υνῶ. π. υγκα. alleuio. Accuſ.

Ἐλάχιστα. minimè, pauciſſimè.

Ἐλάχιστος. ου. ὁ. minimus.

Ἐλαχιστότερος. infimior, poſtremior.

Ἐλαχύς. uilis, paruus.

Ἐλάω. μ. άσω. π. ακα. ſaturo, remigo, impello, produco, &c. ſicut ἐλαύνω. Ἐλᾶν autẽ infinit. non pro ἐλαύνειν, ſed pro ἐλάσειν Ionum more in futuri ſignificatione uſurpatur, de quo Bud. Com.

Ἐλαιών. ῶνος. ὁ. oliuetum.

Ἐλάων. οντος. ὁ. *inſequens.*

Ἔλδομαι. *cupio, curo.*

Ἐλδώω. *ſplendidũ & amabile reddo, cupio.*

Ἔλδωρ. ορος. τὸ. *deſyderium, concupiſcentia.*

Ἐλέα. ας. ἡ. *Elea urbs Italiæ Phocenſium colonia, Zenonis patria, qui Eleates dictus eſt.*

Ἐλεαίρω. μ. αρῶ. π. κα. *miſereor,* ἐλεῶ. *Neutr. accuſatiuo.*

Ἐλέας. *uelia auis.*

Ἐλεγαίνειν, *uel* ἐλεγγαίνειν. *deſipere, intemperanter agere.*

Ἐλεγεινός. ὁ. *moleſtus, lugubris.*

Ἐλεγεία. ας. ἡ. &

Ἐλεγεῖον. ου. τὸ. *elegia, mœſtum poëma, elogium.*

Ἐλεγειοποιός. ῦ. ὁ. *confictor elegiarum.*

Ἔλεγος. ου. ὁ. *uerſus ad mœſtitiã. Ab* ἐλελεῦ, *uel ab* ἒ ἒ, *quod in luctu dici ſolet, &* λέγω: *uel ab* εὖ & λέγω, *quòd mortuis bene precari ſolent.*

Ἐλεγκτός. *argutus, ad refellendũ inſtructus.*

Ἐλεγμός. ῦ ὁ. *redargutio.*

Ἔλεγος. ου. ὁ. *luctus.*

Ἔλεγξις. ιος. ἡ. ἐλεγμός.

Ἐλεγχείη. ης. ἡ. *idem.*

Ἐλεγχής. *uituperandus.*

Ἐλεγχία. ας. ἡ. *increpatio, improperium.*

Ἐλέγχιστος. ου. ὁ. *redarguendus, exoſiſſimus.*

Ἔλεγχος. ου. ὁ. *argumentum, probatio, examẽ, pro eo quod uulgò tabulam uocant, index, deprehenſio.*

Ἐλέγχομαι. &

Ἐλέγχω. μ. ἐλέγξω. π. ἤλεγχα. *arguo. Item argumentis conuinco, confuto, refello, argumẽtis oſtendo & probo, inueſtigo, deprehendo, exploro ualorem. Accuſ.*

Ἐλεδανός. *ſimplici* λ *ſecundum Suid.* τὸ ἐλλεδανός.

Ἐλεδώνη. ης. ἡ. *eledona, polypi ſpecies.*

Ἐλεεῖν, *pro* ἑλεῖν. *amplecti,* οἰκτείρειν.

Ἑλεῖν ἐρήμην. *indicta cauſa damnare. Bud. Commentarijs:*

Ἐλεεινά. *miſerabiliter.*

Ἐλεεινολογέομαι. *conqueror:*

Ἐλεεινόν. τὸ. *miſeria, miſerabile.*

Ἐλεεινός. ῦ. ὁ. *miſerabilis.*

Ἐλεέω. μ. ήσω. π. ηκα. *miſereor. Neut. ab.*

Ἐλεηθῆναι. *miſericordiam conſequi.*

Ἐλεημοσύνη. ης. ἡ. *miſericordia.*

Ἐλεήμων. ονος. ὁ. *miſericors.*

Ἐλεητύς. ύος. ἡ. *miſericordia.*

Ἐλεθαίρειν. *laſciuire.*

Ἑλέα, & ἕλη. *ſplendor, aut calor ſolis.*

Ἐλεθερής. *calidus, inſolatus.*

Ἐλεοί. *glires.*

Ἐλεονόμος. ου. ὁ. *in palude paſcens.*

Ἐλεοσέλινον. *paludapium.*

Ἐλεύω. *milito.*

Ἔλεος. *locus anguſtus paluſtris.*

Ἐλελεῦ. ἐπιφώνημα, *ſiue (ut ait Suidas)* ἐπίφθεγμα πολεμικὸν, *acelamatio bellica.*

Ἐλελίζω. μ. ίσω. π. ικα. *clamo in bello.*

Ἐλελίσφακος. ου. ἡ. *ſaluia, herba ſimilis dictamo.*

Ἐλελίζω. μ. ίξω. π. ιχα. *uerto. Accuſ.*

Ἑλένιον. *helenium herba.*

Ἐλεοί. τὰ τῶν κλήματα ἀμπέλων.

Ἐλεοδύτης. ου. ὁ. *menſæ miniſter.*

Ἐλεόθρεπτος. ου. ὁ, ἡ. *nutritus in palude.*

Ἔλεος. ους. τὸ. &

Ἔλεος. ου. ὁ. *miſericordia.*

Ἐλεός. ῦ. ὁ. *auis proprium, & etiam fluuij. Ponitur interdũ pro menſa coquinaria, ut Home.* καὶ ἂν ἐλεοῖσιν ἔχευαν.

Ἑλέπολις. εως. ἡ. *machina bellica deuaſtandis urbibus accommoda.*

Ἐλεσπίδες. αἱ. *loci paluſtres, aut potius petroſi.*

Ἑλετός. ῦ. ὁ. *captabilis.*

Ἐλευθερία. ας. ἡ. *libertas, liberalitas.*

Ἐλευθεριάζω. *liberè ago, libertatẽ uſurpo. Crates Diog.* ἀπὸ μὲν δὴ πλούτου ἤδη ἐλευθεριάζομεν, *A diuitijs quidem cõſtat nobis libertas.* Ἐλευθεριάζειν *etiam dicuntur errones, & fugitiui,* ὅταν πλανῶνται. *Budæus Commentarijs.*

Ἐλευθέριος. ου. ὁ. *liberalis, ingenuus. Iouis epitheton.*

Ἐλευθεροπράσιον. ου. τὸ. *crimen plagij.*

Ἐλευθερίως. *liberaliter, ingenuè.*

Ἐλευθεριότης. ητος. ἡ. *liberalitas.*

Ἐλευθερωτὴς.qui liberos reddit.

Ἐλευθεροπρεπὴς.έος.ὁ,ἡ.munificus,liberalis.

Ἐλεύθερος.ου.ὁ.ingenuus,liber.

Ἐλευθεροστομία.ας.ἡ.libertas loquendi.

Ἐλευθεροστομῶ.liberè loquor,παῤῥησιάζομαι.

Ἐλευθερόω.ῶ.ώσω.κ.ωκα.libero,id eſt liberum facio. Accuſ.

Ἐλεύθω,μ,ἐλεύσομαι.μέσ.πϱ.ἤλυθα, & Attice ἐλήλυθα.ἀόϱ.β.ἤλυθον,& ἦλθον, quod magis eſt in uſu.uenio,παραγίνομαι. Vnde ἐλθὲ imperatiu. ueni. Et ἐλθεῖν infiniti. uenire,ut ἐλθεῖν ἐς χεῖρας, ad manus uenire,pugnare.

Ἐλευσίνια.τὰ. ſacra Cereris quærentis filiã Proſerpinam, quæ Athenienſes magnis ceremonijs arcaniſq; celebrabant.

Ἔλευσις.ιος.ἡ.aduentus,ἄφιξις.

Ἐλευσὶς.ῖνος.ὁ.Eleuſis urbs.

Ἐλευθὲς.uicus Atticus,ubi ſacra Cereris celebrabantur,quæ uocabantur ἐλευσίνια.

Ἐλιωτικὸς.ου.ὁ.amœnus.

Ἐλεφαίρω.ſpe fruſtror,decipio, noceo,afficio iniuria.

Ἐλεφανταγωγός.οῦ.ὁ.qui elephantem agit.

Ἐλεφαντάρχαι.οἱ.elephantorum præfecti, qui ſexdecim præſunt elephantis.

Ἐλεφαντάρχης.ου. dux eorum qui pugnant ex elephante.

Ἐλεφανταρχία.ας.ἡ.præfectura elephanti.

Ἐλεφαντίασις.ιος.ἡ, genus lepræ, qua cutis aſpera,et elephanti corio ſimilis efficitur. Dicitur à nonnullis etiam λεοντίασις.

Ἐλεφαντίνη.ης.ἡ.urbs Aegypti.

Ἐλεφάντινος.ου.ὁ.eburneus,candidus.

Ἐλεφαντόδετος.ου ὁ,ἡ.ebore reuinctus.

Ἐλεφαντόκωπον.τὸ.manubrium eburneum.

Ἐλέφας.αντος.ὁ.elephas animal,& ebur.

Ἐλεών.Bœotiæ urbs, frutex & arbuſtum ſerpens aliàs σκυτάλη dicta.

Ἕλη.ης.ἡ.caliditas.

Ἐληλαμένος.æratus, κεχαλκωμένος. ἐληλαμένος θώρηξ,loricatus,Herod.

Ἐληλεγμένος.proditus,deprehenſus,κατηγμένος,Lucian.

Ἔλημμα.τὸ.defectus.

Ἐλίασθη.uitauit,ſeparatus,aut defunctus eſt.

Ἔλιγγοι.αἱ.apud poëtas dicuntur lineæ & rugæ quædam in palpebris.

Ἔλιγμα.inteſtinum tenue.ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν,quòd in ſinus ſit uehementer implicitum.

Ἐλιγμός.οῦ.uertex,reuolutio.

Ἐλιγρός.humidus.

Ἐλιοθερεῖν.apricare.

Ἕλικες.οἱ.complexi crines mulierum, implicamenta crinium, inaures. Ἕλικες etiã boues dicuntur à ſinuoſis cornibus, uel ab inflexione crurũ,quaſi εἰλίποδες.Heſych.

Ἑλίκη.ης.ἡ.Helice, Achaiæ urbs, terræ motu ſublata. Item helica ſalicis ſpecies. Item inter aſtra maior urſa. Item anfractus,uertigo,clauicula.

Ἑλικοειδὴς.έος.ὁ,ἡ.rotundus,reuolutus, circunuolutus,rectus.

Ἑλικὸς.οῦ.ὁ.niger.Cæl.lib.7.cap.29.

Ἑλικοβλέφαρος.ὁ.ἡ.pulcher,rotundis ſupercilijs.Veneris epitheton.

Ἑλικτῆρες.οἱ.inaures.

Ἑλικτὸς.οῦ.ὁ.inuolutus.

Ἑλικῶπις. ιδος. ἡ. ad ſeſe hominum uertene oculos,uel nigris oculis decora,ac per hoc formoſa.Homer.Iliad.α.Cæl.li.7.ca.29.

Ἑλίκωψ. ωπος. circunſpectus, nigris oculis præditus. Hoc nomine & Græci appellabãtur,quòd (ut tradit Theon in Arat.) helicen urſam inter nauigandum obſeruarent. Vel ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν τὰς κώπας,id eſt à remis circunuectendis. Vel quaſi ἀξιοθέατοι,ut qui hominum in ſe oculos conuerterent. Sunt qui ad oculorum referant celeritatem,qui frequenter,pro ut neceſſe fuerint,huc illuc conuertantur. Cæl. lib. 7.cap.29.

Ἐλινάω.criminor,tarde incedo.Suid.

Ἐλινύω,uel ἐλιννύω.mutus,& ſine ſenſu ſum. Item tardus ſum,torpeſco,moror. Item quieſco,meridior, id eſt ſomnum meridianum capio. Item milito, στρατεύω. Heſychius.

Ἕλιξ.κος.circumuolutio, anfractus, uertigo. Dicitur & de capreolis uitium,qui ut uitem natura caducam erigant & teneant, ad locum capiendum ſerpunt.

Eſt etiam nomen tertiæ ſpeciei hederarum, de quo Dioſco.

Ἕλιξ. genus quoddam muſcarum, à paludibus, quas ἕλη uocant, & in quibus obuerſantur, dictum. Cæl. lib. 13 cap. 49.

Ἑλίσσω μ. ίξω. π. ιχα. uerto, circunuoluo, roto, inuoluo, conſtringo, circunflecto. Accuſ.

Ἑλίχρυσος. ὁ. helichryſa herba, hederæ flos.

Ἑλιψύω. aduerto.

Ἑλκεσίπεπλος. ὁ. &

Ἑλκεχίτων. ωνος. ὁ, ἡ. ueſtem trahens, id eſt habens longam ueſtem, diſcinctus.

Ἑλκέω μ. ήσω. uel έσω. traho, uim facio, priuo, abripio.

Ἑλκηθμός. ὁ. tractio, laniatio.

Ἕλκηθρον. τό. traha.

Ἑλκίζοι. οἱ, qui onera funibus moliuntur.

Ἑλκύω. μ. ύσω. π. υκα. traho. Vnum ex uerbis, quæ principale in præteritis non mutãt in η, ſed aſſumunt ε. Accuſ.

Ἑλκοποιέω. exulcero.

Ἕλκος. εος. τό. hulcus. παρὰ τὸ διελκύεσθαι τὴν σάρκα.

Ἑλκόω. μ. ώσω. π. ωκα. hulcero. Accuſ.

Ἑλκτική. uirtus attractrix apud medicos.

Ἑλκτικός. ὁ. attractiuus.

Ἑλκύδριον. τό. hulcuſculum. Ariſtoph. Equit. ἑλκύδρια περιαλείφειν.

Ἑλκυθμός. ὁ. tractio, laceratio.

Ἕλκυσμα. ατος. τό. &

Ἑλκυσμός. ὁ. tractus, attractio.

Ἑλκυστάζω. μ. άσω. π. ακα. traho lacerando. Accuſatiuo.

Ἑλκυστήρ. ῆρος. ὁ. capiſtrum.

Ἑλκύω. μ. ύσω. π. υκα. traho. Ex uerbis ijs eſt, quæ in præteritis per ει diphthongon augentur, ſicut ἑλκύω.

Ἑλκῶμαι. exulceror.

Ἕλκωσις. εως. ἡ. exulceratio.

Ἕλκω. μ. ξω. π. χα. traho. unde & ἕλκειν τὸ ξίφος, exerere gladium. Item pondere æquo. Augmentum facit per ει.

Ἑλλά. ἡ. ſella.

Ἑλλαμβάνομαι. complector.

Ἐλλάμπεσθαι. uerbum eſt theologicum, ſignificans diuinitus illuminari, & doceri. Conſtruitur cum accuſatiuo, ut διδάσκομαι. Bud. Com.

Ἐλλαμπρύνομαι. ſplendeſco, clareo, luceo. Bud. Com.

Ἔλλαμψις dicitur diuina doctrina, & inſperata, adſulgentia, φωτισμός. Bud. ibidem

Ἑλλανοδίκαι. præfecti aut iudices in Olympiaco certamine.

Ἑλλάς. άδος. ἡ. Græcia. Vſurpatur aliquando adiectiue, ut ἑλλάδα φωνήν.

Ἑλλάσσω. concludere, prohibere.

Ἑλλεβοριᾶν, & ἑλλεβοριάζειν. inſanire, elleboro indigere. Vide prouer. Bibe elleborũ.

Ἑλλεβορίζω. purgo elleboro.

Ἑλλεβορισμός. ὁ. purgatio ex ueratro.

Ἑλλέβορος. ὁ. ueratrũ. παρὰ τὸ τῇ βορᾷ ἑλεῖν.

Ἑλλεδανός. ὁ. faſcis, nodus, uinculum.

Ἔλλειμμα. ατος. τό. defectio, delictum, erratũ.

Ἐλλείμματα. τά. reliqua, hoc eſt quod reliquũ eſt penſionis nõ perſolutæ, Syneſ. Budæus Commentarijs.

Ἐλλειπής. ὁ. ἡ. mutilus.

Ἐλλείπομαι. ἀπολείπομαι, aſſequi nequeo, efficere non poſſum, Xenoph. Item cedo, & paria facere non poſſum. Bud. Com.

Ἐλλείπω. μ. ψω. π. φα. deficior, ut ἀνδρείας ἐλλείπειν, defici uirtute. Item indigeo, ut ἐλλείπω βιβλίων, ἀντὶ τοῦ δέομαι ἀμ, καὶ ἀπορῶ. Aliquando uices implere nequeo, nõ exactè facio, Iſocrati in Nico. Aliquando ponitur pro abeſſe, ἀπολείπειν, ἀποδεῖν. Iſocra. ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος τούτων ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὅτι καὶ χαίρειν. Aliquando pro παραλείπειν, relinquere, ut ἐλλείπειν τὸν βίον, excedere uita. Bud. Com.

Ἑλλέγειν. lugere, θρηνεῖσθαι.

Ἔλλειψις. εως. ἡ. defectio.

Ἔλλοψ. ὁ. inimicus, iniuſtus.

Ἕλλην. ηνος. ὁ. Græcus, ſapiens, gentilis, D. Paulo.

Ἑλληνίζομαι. &

Ἑλληνίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſentio cum Græcis, & illis fauco, ad Græcorum literas me trãſfero, & Græcè loquor. Bud. Com.

Ἑλληνικός. ὁ. Græcanicus.

Ἑλληνίς. ίδος. ἡ. Græca.

Ἑλληνισμὸς, ἀντὶ τ ἰξωθεν παιδείας à Syneſio ponitur, quia ἕλληνες uocãtur gẽtiles.

Ἑλληνιϛὴς.ȣ̃.ὁ. Græculus, ex factione Græcorum.

Ἑλληνιϛί. Græcè.

Ἑλληνοδίκαι. ἑλλανοδίκαι.

Ἑλληνοταμίαι.οἱ.magiſtratus quidam, quæſtores Græciæ.

Ἑλλίζω.uello, τίλλω.

Ἑλικτήρ.ſpecies inauris.

Ἑλλιμενίζω.μ.ίσω.exigo tributum.

Ἑλλιμένιον.ȣ.τὸ.uectigal quod pro portu pen (ditur.

Ἑλλιμενιϛὴς.ȣ̃.ὁ.exactor.

Ἑλλινιῶ.celebro, ὑμνῶ.

Ἐλλιπὴς.ἐ͂ος.ὁ,ἡ.defectuoſus, imperfectus.

Ἑλλόβιον.ȣ.τὸ. ornamentum ab aure dependens. διὰ τὸ ἐν λοβοῖς τ ὤτων ἐῖ.

Ἕλλοβος καρπός.ſiliquatus, in folliculis conceptus.Bud.Com.

Ἐλλογᾶν.imputare, expenſum ferre.

Ἐλλόγιμος.ȣ.ὁ,ἡ.eximius, clarus, elegans, eloquens, probus, cordatus.

Ἐλλοπιαῖς.muti, ſquamati.

Ἐλλοπιεύειν.piſcari.

Ἕλλοπις.ἡ.gratioſa, decora.

Ἕλλος.ȣ.ὁ.ceruus.

Ἐλλοφόνος.ἡ.Diana, ab occidendis ceruis.

Ἐλλοχῶ.inſidior, deliteſco.Bud.Com.

Ἔλλοψ.οπος.ὁ. piſcis, eo quòd muti ſint piſces. nam Cretenſes ἴλλοπας mutos uocãt. Vel ἀπὸ τȣ̃ ἴλλειν τὴν ὄπα, quòd uoce priuentur.

Ἐλλύχνιον.ȣ.funiculus ille papyraceus, ſiue ſparteus, canabinus ue, aut ſtuppeus, qui ſtans in oleo peruritur, quem et θρυαλλίδα & φλόμον Græci appellant.

Ἐλλυχνιοῦχος.ȣ.ὁ.lucernaris.

Ἕλλω.affrico.

Ἐλλώσσειν.humectis, infractisq́ oculis inſpectare.

Ἔλλωψ.οπος.mutus.

Ἕλμα.coniunctio, tabulatum.

Ἑλμίνθια.τὰ.lumbriculi.

Ἕλμις.ινθος.ὁ.tinea, ſeu lumbricus.

Ἑλξίνη.ης.ἡ.muralis herba.

Ἕλξις.εως.ἡ.tractus.

Ἑλιόχρυσος.ȣ.ὁ.aurelia flos.

Ἕλος.εος.τὸ.palus.

Ἔλοψ.οπος.τὸ.acipenſer, Theod.

Ἐλπίζω.μ.ίσω.uel ἐλπιῶ, Attice.π.ικα.ſpero. Et aliquando in malam partem. Herodian.lib.8. ἀντιπάλους γὰρ ἕξειν ἤλπιζον, id eſt ἐφοβȣ̃ντο. Sic & apud Verg. Hunc ego ſi potui tamen ſperare dolorem.

Ἐλπίς.ίδος.ἡ.ſpes.προσδοκία, & ἐλπωρὴ poëtice.

Ἔλπις.ιδος.ὁ. Elpis, uiri nomen.

Ἐλπιϛὸν.ȣ.τὸ.quod ſpe præſumi poteſt.

Ἔλπομαι.ſpero, exiſtimo, ſperare facio. Aliquando timeo.

Ἔλπος.εος.τὸ.oleum, pingue.

Ἐλπέοντες, poëtice.ſperantes.

Ἑλπῶ.ſperare facio, ſpero.

Ἐλπωρὴ, poëticè.ῆς.ἡ.ſpes, fiducia.

Ἐλυγὴ.ῆς.ἡ.ſpira.

Ἔλυμα.ατος.τὸ.pars ea aratri, cui inhæret iugum. Item indumentum, σκέπασμα.

Ἐλυμαῖοι, apud Pollucem ſunt lepores quidam uulpibus ferè non minores, & nigricantes, corpore oblongo, albicante macula prope ſummam caudam largiore.

Ἔλυμον.ȣ & ἔλυμος.panicum.

Ἔλυμος.ȣ.ὁ.tibia è buxo, theca citharæ. Itẽ σιτῶδες σπέρμα, leguminis genus, quo ueſcebantur Lacones. Suid.

Ἐλυθεὶς.ἐ͂ντος.ὁ.inuolutus, tectus.

Ἐλύομαι.uoluor.

Ἔλυτρον, uel ἔλυστρον.ȣ.τὸ.uelamen, receptaculum, putamen. Sic item cruſtam uocant pennas ſuperuenientem, quaſi uagina incluſas, ut in ſcarabeis. Vnde ἀνέλυτρα, quæ detectas habẽt pennas, uti apes.

Ἕλω.ἀόρ.β.εἷλον.uerto, traho, uado.

Ἐλώδης.εος.ὁ,ἡ.paluſtris, humidus.

Ἕλωρ ορος.&

Ἑλώριον.τὸ.tractio, diſtractio, laceratio, dilaceratio, cibus diſcerptus, Hom. Iliad.α.

Ε Μ.

Ἐμαυτȣ̃.mei ipſius. Compoſitum ab ἐμὲ, & αὐτὸς, nominatiuo caret, & ſingulariter tantum declinatur.

Ἐμβάδιον.ȣ.τὸ. ἐμβὰς, genus calciamenti tragici. Polyb.uocat ſpaciũ quadratũ,

quod eſt circa ſignum quod ponebant ubi caſtrametaturi erant.

Ἐμβαδόν. pedes, pedetentim.

Ἐμβαθυνοὺς. ſapiens, à cogitationum & conſiliorum profunditate.

Ἐμβαίνω. μ. ἐμβήσομαι. π. ἐμβέβηκα. introeo, cõtingo, conſcendo. Neutrum abſol.

Ἐμβάλλω. μ. αλῶ. π. ἐμβέβληκα. ingredior, inuado, εἰσβάλλω. Plutarch. εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλε, In forum irrupit. Ita etiam ponitur aliquando pro impetum facio, incurro, offendo, cum impetu incido, προσβάλλω, ut ἵπποι κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες, Plato de Rep. 8. Et pro populabunde percurro, hoſtiliter ingredior, & infeſto exercitu irrumpo, ἐπιστρατεύω, Antiph. & Xenoph. ἑλλ. 7. Aliquando ſignificat interſero, intercalo, interpono. unde ἐμβόλιμαι ἡμέραι, dies intercalares. Aliquando immitto. Xenophon Oecon. τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; Qua de cauſa operas ad ſarriendas ſegetes, immittitis? Et inſero arborem, ἐγκεντρίζω, ἐμφυτεύω, ἐμφυλλίζω, ἐνοφθαλμίζω, Demoſth. Et ἐμβάλλειν τὴν δεξιὰν, Demoſth. uel χεῖρὶ χεῖρας, Solõ. dextrã porrigere dextrã dextræ inſerere. Et immitto, hoc eſt incutio, inſpiro, ut ἐμβάλλειν ἔρωτα, Polyb. & ἐμβάλλειν ἐπιθυμίαν τῷ στρατεύματι, Xenoph. Et ἐμβάλλω πληγὴν, incutio plagam, uulnus infligo, ictum adigo, Plutar. in Cæſ. Aliquando ſignificat impello, inijcio, Dinar. κατὰ φιλοκλ. Ἐμβάλλειν etiam dicuntur flumina in mare, ut ἐκβάλλειν. Sic Strabo, ὁ γὰρ τάναϊς εἰς τὴν μαιώτιδα ἐμβάλλειν φασί. Ἐμβάλλειν ψῆφον, in ſuffragia mittere. Ἐμβάλλειν λόγον uel βουλὴν εἰς τὸν δῆμον, rem ad populũ referre, rem conſulendam proponere. Dicitur quoque uoce paſſiua ἐμβάλλομαι εἰς νοῦν, pro in animum inducere, animo concipere. Et per datiuum, ἐμβάλλεσθαι προθυμίαν ταῖς ψυχαῖς, Plutarch. in Lucia. Ἐμβάλλομαι μαρτυρίαν, Demoſth. falſum teſtimonium profero. Bud. Com.

Ἔμβαμμα. ατος. τὸ. embamma, liquamen, intinctus, immerſio, quando intingimus uel panem, uel obſonium in uaſcula, re liquida impleta.

Ἐμβαπτίζω. μ. ίσω. π. ικα. &

Ἐμβάπτω. μ. άψω. π. αφα. intingo, immergo. Accuſ.

Ἔμβαρος. ου. ὁ. ſtultus, ſtolidus, ἠλίθιος.

Ἐμβάς. άδος. ἡ. ſolea, crepida, cothurnus, calciamentum tragicum.

Ἔμβασις. εως. ἡ. introitus.

Ἔμβατα. ſocci, calciamenta comica.

Ἐμβατεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ineo, intro, incedo, id eſt faſtu quodam ingredior. Ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἢ εἰς τὴν οὐσίαν, ſignificat cernere, & adire hæreditatem, uel immiſcere ſe hæreditati & bonis, ire in poſſeſſionem bonorum. Bud. Com.

Ἐμβατήριον. ου. τὸ. genus cantus ad tibiam.

Ἐμβατήριος. ου. ὁ. ingreſſiuus, non ſaltans.

Ἐμβάτης. ου. ὁ. ſeſſor, equitator, miles claſſiarius, modulus, Vitruuio interprete.

Ἐμβατός. οῦ. ὁ. peruius.

Ἐμβαφία. ἡ. ahenum, olla profunda.

Ἐμβάφιον. ου. τὸ. acetabulum.

Ἐμβεβροντημένος. attonitus, ſtupefactus.

Ἐμβιβάζω. μ. άσω. π. ακα. induco, ingredi facio.

Ἐμβιβάω. μ. άσω. π. ακα. aſcendere facio.

Ἔμβιος. ου. ὁ. uitalis, uiuus, animatus.

Ἐμβλέπω. μ. έψω. π. εφα. aſpicio. datiuo.

Ἔμβλημα. ατος. τὸ. ab ἐμβάλλειν, ſignificat inſertum quid & inſitum iniunctumq́. Vnde pro inſitione mitioris ſurculi in ſylueſtrem ponitur. Item pro ornamentis uaſorum, dicta ἀπὸ τοῦ ἐπεμβλῆσθαι, quòd uaſis adijcerentur, & reuellerentur, cum libitũ erat. Huiuſmodi quoq; ſunt, quæ in parietibus uermiculata, ſiue muſcata dicuntur, in lignis ſegmentata, & in pauimentis teſſellata. Cæl. lib. 7. cap. 19. & Budæus in Annotationibus.

Ἐμβολάς. άδος. ἡ. implantata.

Ἐμβολή. ῆς. ἡ. ab ἐμβάλλω, aggreſſus, acceſſus, impetus. Vnde ἐμβολὴ τοῦ στρατοῦ, hoſtilis inuaſio & conflictus aciei inſtructæ, impreſſio in hoſtes facta. Ἐμβολὴ τῶν νηῶν, id eſt συμβολὴ, σύῤῥαξις, conflictus claſſis apud

pud Plutarc. Eſt etiam caput arietis machinarij, Thucyd. Item oſtium fluminis, ut ἐμβολή. Bud. Com.

Ἐμβολιμαῖος. interiectitius, intercalaris.

Ἐμβόλιμος. ε. intercalaris, ſæpius inculcatus, imperfectus. ἐμβόλιμα ἔπη, notha reiectaq́ carmina, intercalata ac uelut inſititia.

Ἐμβόλιον. ε. interpoſitum. Cice. ad Attic. Embolion (inquit) cogito quaſi argumentum & ingreſſum quendam ſcenicum.

Ἐμβολίσματα. diuerſi panni hinc inde cõſuti.

Ἐμβολισμός. ȣ̃. ὁ. emboliſmus, intercalatio.

Ἔμβολον. τὸ. uectis, repagulum, cuſtodia. Item mentula, Ariſtopha. Item confluens. Herod. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ποταμῶν ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης.

Ἔμβολος. ε. ὁ. roſtrum nauis, Plutarc. Item pro concione ad populum, ſicut roſtra Latinis, Polyb. Eſt etiam ἔμβολος apud Aelian. acies cuneata. Vnde ἐμβολοειδὴς προσβολή, eſt impreſſio agminis in cuneum aut roſtrum conformati, et pars machinæ, qua machina ingruit. Bud. Com.

Ἔμβραχυ. breuiter, in ſummo, minimum.

Ἐμβρέγματα. humida quæ corpori applicantur, cum linteolis, aut lana ſtupis ue excepta.

Ἐμβριμόομαι. fremo.

Ἔμβρυος. ſtultus.

Ἐμβρέχω. perfundo, demergo undis.

Ἐμβρίθεια. ας. ἡ. grauitas.

Ἐμβριθές. τὸ. libramentum.

Ἐμβριθής. ἐος. ὁ, ἡ. conſtans, ſolidus, grauis, moleſtus. Vnde ἐμβριθὴς ἡλικία, ætas grauior, conſtantior, ætas conſiſtens.

Ἐμβριθῶς. duriter, ferociter, aſperè.

Ἐμβρίμημα. ατος. comminatio cum auſteritate.

Ἐμβριμοῦμαι. minanter mando, acriter ac uelut iracundè cõminor & cum auſteritate.

Ἔμβριος. iracundus, diuinus.

Ἐμβροντησία ας. ἡ. ſtupefactio, delirium.

Ἐμβρόντητος. ȣ. ὁ. attonitus, quorum mens ſtupet aut ictu fulminis aut morbo.

Ἐμβροχή. ῆς. ἡ. infuſio.

Ἐμβρόχοι. οἱ. illaqueati, capti, qui per inſidias uerborum capti detinentur.

Ἔμβρυον. ȣ. τὸ. embryon, infans in utero, fœtus, partus imperfectus. παρὰ τὸ ἔσω βρύειν, καὶ ἐντὸς τῆς γαστρὸς αὔξεσθαι. Cæl. lib. 8. capite 43. & 44.

Ἐμβρύων. ωνος. ὁ. infans.

Ἐμβύθιος. profundus.

Ἐμέθεν, Attice pro ἐμοῦ, ab ἐγώ. mei.

Ἔμελλον. futurus eram. Attici cum præſente, aut futuro cõſtruunt, & cum nullo alio temporum, ut ἔμελλον γράφειν, ἢ γράψειν.

Ἐμεῖν. ponere, ab ἵημι.

Ἔμεν, & ἔμεναι Ionice pro εἶναι. eſſe.

Ἐμετικός. ȣ̃. ὁ. uomitorius.

Ἐμετόν. τὸ. cum uomitu eiectum.

Ἔμετος. ȣ. ὁ. uomitus.

Ἐμεῦ, Dorice pro ἐμοῦ, ab ἐγώ. mei.

Ἐμέω. μ. έσω. π. εκα. uomo. Neut. accuſ.

Ἐμήδετο, παρὰ τὸ μήδομαι. in animo uoluebat. Iliad. ζ. ἀτάρ οἱ πρόϊδε κακὰ μήδετο θυμῷ.

Ἐμίν, Doricè pro ἐμοί. mihi.

Ἕμμα, Aeolice pro ἅμμα. ueſtit.

Ἐμμαίνομαι. inſanio.

Ἐμμανεῖς. οἱ. furibundi, rabie agitati.

Ἐμμανέστατα ἐρῶντες. depereuntes amore.

Ἐμμανής. έος. ὁ, ἡ. furens,

Ἐμμαπέως. promptè, ſtudioſe. Poëtica metatheſis pro ἐμπαίως, ἤγουν ἔπεα καὶ λόγῳ, ἅμα τῷ ἔπει.

Ἐμμάσσω. fulcire, ἐνερείσω.

Ἐμματάζω. ſtulta blatero.

Ἐμμεθύσκομαι. ebrius ſum. Ἐμμεθυσκόμενος τοῖς ἁγίοις, ebrius inter ſancta.

Ἐμμειδιάσαι. ſubridere.

Ἐμμέλεια. ας. ἡ. concinnitas, genus ſaltationis, à congruo ac decenti motione corporis appellatum. Plato lib. 7. de Legib. ἀρρενικὴν ἐμμέλειαν, honeſtam hanc ſaltationem uocat & pacatã. Pollux ait eſſe tragicorum, quemadmodum κόρδαξ comicorum, & ſatyricorum ſicinnis.

Ἐμμελής. έος. ὁ, ἡ. conſonans, concinnus, morigeratus, bonus, diligens, mitis. Ἐμμελὴς, canora uox uertitur à Chalcidio, modis numerisq́ compoſita.

Ἐμμελῶς. *ſcitè.*

Ἐμμενὴς. τὸ. *conſtantia.*

Ἐμμενητέα. *perſeueranda.*

Ἐμμενέως. *conſtanter, alacriter.*

Ἐμμενὴς. ἐ͂ος. ὁ, ἡ. *permanens.*

Ἐμμένω. μ. νῶ. *immaneo, obtempero, præſto.* *Vnde* ἐμμένειν τοῖς λελεγμένοις, *ſtare dictis, manere dictis, ſeruare quæ quis dixerit.*

Ἔμμετρα. *ſaltat.*

Ἔμμετρος. ου. ὁ, ἡ. *metricus, immanis.*

Ἐμμέτρως λέγειν. *carminibus loqui.*

Ἐμμήνια, καὶ ἐμμηνίαια. *tempus muliebre. Pli. menſes & menſtrua uocat.*

Ἐμμήνιος. ου. ὁ, ἡ. & ἔμμηνος. *menſtruus.*

Ἔμμηροι. *obſides.*

Ἔμμιλτος. *fucatus rubrica.*

Ἔμμισθος. ου. ὁ. *conductus mercede, lucrum faciens, ut* ἔμμισθος λόγος, *oratio mercenaria.*

Ἐμμόνιμα. ων *fœdera, pacta.*

Ἔμμονος. ου. *ſtabilis, permanens.*

Ἔμμορα, *præt. à* μείρω, μέμορα *ſortitus.*

Ἐμμοιδὴ. *aduenæ, coloni.*

Ἔμμορον. ου. τὸ. *factum.*

Ἔμμορος. ου. ὁ, ἡ. *particeps.*

Ἔμμοτα. *medicamenta ſunt liquida, quæ linteolis conceptis excipiuntur, inſtaq́ ulcera conduntur.*

Ἔμμοτος. *linteis cinctus, uulneratus.*

Ἔμμουσον. *ex muſica compoſitum.*

Ἔμμουσος. ὁ. *muſicus.*

Ἐμοὶ. *mihi.* Ἐμοὶ δοκεῖν, *ut mihi uidetur, mea opinione, ac ſi deſit ὡς uel ſimile quippiã*

Ἐμοίνη, *Dorice. mihi.*

Ἐμοῖο, *Ionice ab* ἐμὸς. *pro* ἐμοῦ.

Ἐμὸς. οῦ. ὁ. *meus.* τὸ γ' ἐμὸν, *quantum ad me attinet, quantum in me eſt.* Ἐμοῦ γ' ἕνεκα, *idem, & quod Latini dicunt, per me quidem, & non obſto quo minus. Plaut. At tu ægrota, ſi uis, per me quidem, ætatem,* ἐμοῦ γ' ἕνεκα νόσει ὅλον τὸν βίον. *Bud. Com.*

Ἔμπα. *tamen, itaq́.*

Ἐμπάσσομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. &

Ἐμπάζω. μ. άσω. π. ακα. *curo, concito.*

Ἐμπάθεια. *affectus, commotio. Bud. Com.*

Ἐμπαθὴς. έος. ὁ. ἡ. *affectus, ægrotus, affectu percitus. Bud. ibidem.*

Ἔμπαιγμα. ατος. τὸ. *illuſio.*

Ἐμπαιγμὴ. ῆς. ἡ. *ludibrium.*

Ἐμπαιγμὸς. οῦ. ὁ. *idem.*

Ἐμπαίζω. μ. αίξω. π. αιχα. *illudo.*

Ἐμπαίκτης. ου. ὁ. *illuſor.*

Ἔμπαιος. ου. ὁ. *peritus, expertus.*

Ἔμπαις. δος. ἡ *grauida.*

Ἔμπαλιν. *uiceuerſa, è diuerſo, rurſus.* ἔμπαλιν ἑαυτῷ φεύγειν, *retrorſum currere, Herodia.*

Ἔμπαν. *tamen, omnino.*

Ἔμπαξ. κος. ὁ. *curator, tutor.*

Ἐμπαραχεῖν. *morigerum ſe præbere, Lucia. Symp.* ἰδὲ ἂν ἐμπαραχεῖν ἑαυτὸν ἔοικε.

Ἐμπαροινέω. μ. ήσω. π. ηκα. *inſulto, ludibrio habeo, per uinum & temulentiam aliquẽ iniuria & probro afficio. Neut. datiuo & accuſ. Bud. Com.*

Ἔμπας. *tamen, itaq́.*

Ἐμπαστὴς. ὁ. *fide dignus teſtis.*

Ἐμπεδάω. μ. ήσω. π. ηκα. *uincio, compedibus firmo.* *Item paciſcor.* *Interdum doceo. Accuſ. iung.*

Ἐμπεδόομαι. *ſtabilio, firmo.*

Ἐμπεδορκεῖν. *ſtare pactis, iuſiurandum ſeruare.* *Id Herodoti in Melpom.* κατέῤῥηξαν δὲ οὐδὲ εἵνεκα τῆς ἐποίησαν γέφυραν, ἵνα ἐμπεδορκέοιεν, *id eſt fœde ſoluerent, exponunt.*

Ἔμπεδος. ου. ὁ, ἡ. *firmus, ſtabilis, tutus.*

Ἐμπεδόφυλλος. ὁ. *perpetuò uigens. Palmæ epitheton.*

Ἐμπεδόω. μ. ώσω. π. ωκα. *confirmo.*

Ἐμπεδάωντες. *inſigentes, Iliad. β.*

Ἐμπειρεῖν. *expertum eſſe.*

Ἐμπειρία. ας. *experientia, peritia, ſpecimen.*

Ἐμπειρικὴ. ἡ. *emperice, medicorum ſecta.*

Ἐμπειρικὸς. οῦ. ὁ. *medicus, qui per experientiã medicinam tractat.*

Ἔμπειρος. ου. ὁ, ἡ. *expertus, peritus, prudens.*

Ἐμπελαδὸν. *propè.*

Ἐμπέλιος. ου. ὁ. *liuidus, Nicand.*

Ἐμπεπαροινημένα. *contumelia & probra in ebrietate per petulãtiã admiſſa. Bud. Cõ.*

Ἐμπαρῳνημένος. qui huiuſmodi contumeliam paſſus eſt.

Ἐμπλάσρα. ἡ. ſcortum.

Ἐμπεριάγω. circunduco.

Ἐμπεριγράφω. comprehendo.

Ἐμπερίεχομαι. contincor.

Ἐμπεριπατέω. inambulo.

Ἐμπερονάτρις. diploie, ueſtis duplicata.

Ἐμπερονάω. μ. ήσω. π. ηκα. cuneis ligo, affigo clauis, cuſtodio.

Ἐμπεταννύω. μ. σω. π. κα. extendo, appendo cortinam. Actiu. accuſ.

Ἔμπετρον. τ. empetron, calcifraga.

Ἐμπικρής. έος. ὁ, ἡ. amarus.

Ἔμπιφυα. innatus.

Ἐμπήγνυμι. μ. ήξω. π. ηχα infigo, affigo. Ac.

Ἐμπηδάω. inſilio, irruo.

Ἐμπήκτης. legiſlator, item & qui forenſes legales ue tabulas ab eo accipit, & in libellos compingit.

Ἐμπηλόω. μ. ώσω. π. ωκα. conſtringo. Accuſ.

Ἔμπηλος. τ. ὁ. clauus.

Ἔμπηξις. ιος. ἡ. infixio.

Ἔμπηρος. τ. ὁ. mutilus, obſes.

Ἔμπης, Ionice. tamen.

Ἐμπικροί. οἱ. amarulenti.

Ἐμπίμελος. τ. ὁ. pinguis.

Ἐμπίμπλαμαι. impleor. genitiuo.

Ἐμπίμπλημι. &

Ἐμπιμπλάω. μ. ήσω. π. ηκα. impleo, abundo. Genit.

Ἐμπίνω. ebibo.

Ἐμπίπλη, Attice pro ἐμπίπλαθι. tertia perſona τ̃ παρατατικῦ, ἀντὶ τ̃ προστακτικῦ. Suid.

Ἐμπίπρημι. μ. ήσω. π. ηκα. incendo.

Ἐμπίπτω. μ. ἐμπεσοῦμαι. π. ἐμπέπτωκα. ἀόρ. β. ἐνέπεσον. inuado, irruo, προσβάλλω, ἐπέρχομαι. Item obuiam fio, in aliquem incido. Item præcipito.

Ἐμπίς. ίδος. ἡ. culex, mulio, inſectum aquis conuiuens.

Ἐμπιστεύομαι. creditum habeo, fidem adhibeo. Bud. Com.

Ἐμπλαστικὰ φάρμακα. ſunt quæ uim habent obſtruendi meatus cutis & corporis, quaſi tectoria & ad illitum comparata.

Ἔμπλαστον, ſiue ἔμπλαστρον, & ἐμπλαστρος. ἡ. pharmacon dicitur, quod imponi ulceribus ſolet, cum præmollitum eſt. Differt τ̃ ἐμμότου καὶ τ̃ καταπλάσματος. Bud. Com.

Ἐμπλάττω. ſubigo, et uerſando mollio, in maſſam formo, illino, infarcio. Item propterea locum obſtruere ſignificat et implere. Item cutem reſtituo, locum ulceratum integrè, & in integrum reſtituo, quod inducere nos dicimus. Iuuenalis, Sed quæ mutatis inducitur, atq; fouetur Tot medicaminibus. Bud. Com.

Ἔμπλεος. τ. ὁ. plenus.

Ἔμπλεκτον. τ. τὸ. alligatum.

Ἐμπλέκω. implico, contexto. Bud. Com.

Ἐμπλεύρω. inſili in latus.

Ἐμπλεόω. μ. ώσω. π. ωκα. &

Ἐμπλήθω. impleo, ſatior. Genit.

Ἐμπλήγδην. ſine diſcrimine & iudicio, temere.

Ἔμπληκτος. τ. ὁ, ἡ. inſulſus, ſtolidus.

Ἐμπλήκτως. ἐμπλήγδην.

Ἔμπλην. propè.

Ἐμπληξία. ας. ἡ. terror, ſtupor, temeritas.

Ἐμπλίκω. immiſceo, confundo, cōnecto, permiſceo. Sumpta metaphora à multiplici filo texturæ.

Ἐμπνευματόω. inflo.

Ἐμπνευμάτωσις. εως. ἡ. inflatio, inſpiratio.

Ἔμπνευσις. εως. ἡ. inſpiratio.

Ἐμπνεύσιος. ſtultus, euanidus.

Ἐμπνέω. μ. εύσω. π. ευκα. inſpiro.

Ἔμπνοος. τ. ὁ, ἡ. ſpirans, uiuus.

Ἔμπνυτο. reſpirauit, ad ſe rediit.

Ἐμποδίζω. μ. ίσω. π. ικα. impedio.

Ἐμπόδιον. τ. τὸ. &

Ἐμποδισμός. ῦ. ὁ. impedimentum.

Ἐμποδών. impedimento, in carcere, quod obſtat. Aliquando manifeſtè, in manu, promptè, facilè. Unde quæ in medio poſita ſunt, τὰ ἐμποδῶν, καὶ τὰ ἐν ποσὶ dicuntur. Ariſtot. διὸ καὶ χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται. id eſt, in media urbe conſtruūt. Et ὁ ἐμποδὼν καὶ ἐν ποσὶ γινόμενος, obuius. Ἐμποδὼν ποιεῖσθαι. auertere, depellere, defendere. Ἐμποδὼν ἔχειν, offendere. Ἐμποδὼν γίνεται, impedit. Bud. Com.

Ἔμποθεν.coram,ἔμπροσθεν.
Ἐμποιητικῶς.moderatè,iuſtè,manſuetè.
Ἐμποιέω.μ.ήσω.π.κκα.innaſci facio,induco, genero. Ἐμποιεῖν φόβον,terrorē incutere.
Ἐμποικίλλω.μ.ιλῶ.π.ικα.uario,muto.
Ἔμποιμνον ἅμμα.ueſtis pellicea.
Ἐμποίνιμος.ου.ὁ.puniendus,pœna dignus.
Ἐμπολαῖος.ου.ὁ. negotiator. Mercurij epitheton.
Ἐμπολεμέω.debello,uaſto.
Ἐμπολέμιος.ὁ.bello accommodus.
Ἐμπόλεμος.ου.ὁ.bellicoſus.
Ἐμπολέω.μ.ήσω.π.κκα.lucror, negotior, Bud.Com.
Ἐμπολή.ῆς.ἡ &
Ἐμπόλημα.ατος.τὸ.negotiatio,lucrum.
Ἔμπολις.ιος.ciuis eius ciuitatis.
Ἔμπολος.ου.ὁ.mercator.
Ἐμπομπεύειν.oſtentare ſe & iactare.
Ἐμπόνημα.ατος.τὸ.laboramentum.
Ἔμπονος.ου.ὁ.laborum patiens.
Ἐμπόρευμα.ατος.τὸ.negotiatio.
Ἐμπορεύομαι.μ.εύσομαι.π.ευμαι.&
Ἐμπορέω.μ.ήσω.π.κκα.lucror, negotior, mercor.
Ἐμπορία.ας.ἡ.negotiatio.
Ἐμπορικός.ῦ.ὁ.mercatorius.
Ἐμπόριον.ου.τὸ. locus ubi merces uenduntur.
Ἔμπορος.ου.ὁ. mercator. Proprie is dicitur ἔμπορος, & ἐμπορεύεσθαι, qui aliena uehitur naui, quos ἐπιβάτας appellant, ἀπὸ τοῦ πόρου, quod iter id ſignificat, quod mari cōficitur. Porphyr. prima Quæſt. in Home.
Ἐμπορόω.orno.
Ἐμπορπῶ.coniungo,connecto.
Ἔμπουσα.ης.ἡ.ſpectrū, quod ab Hecate emitti ſoleat uidendum miſeris & calamitoſis. Sic dictū putat Euſtathius, quòd uno incedat pede. Alij, quòd alterum pedem habeat æneum. Cæl. lib. 6. cap. 18. & Eraſ. prouerb. Proteo mutabilior.
Ἔμπρακτος.ου.ὁ.efficax.
Ἐμπράκτως.efficaciter,ſtrenuè.
Ἔμπρεπος.decorus,ſimilis,conueniens.
Ἐμπρέπει.decet,decori eſt,conuenit. Datiuo.
Ἐμπρήθω.μ.ήσω.π.κκα.incendo,inflo. Ac.

E M.

Ἔμπρησις.ιος.ἡ.&
Ἐμπρησμός.ῦ.ὁ.incendium,combuſtio.
Ἐμπρίω.μ.ίσω.ſeco. Ἐμπρίω τοὺς ὀδόντας, infrendo dentibus.
Ἐμπρόθεσμος.ου.ὁ.terminus datus.
Ἐμπροθέσμως τι ποιεῖν, eſt ἐντὸς τῆς προθεσμίας ποιεῖν, intra diem conſtitutum aliquid facere. Opponitur τῷ ἐκπροθεσμεῖν, quod eſt in mora eſſe. Bud.Com.
Ἐμπροιάς.uelox.
Ἔμπροσθεν.ante,antea,olim,coram. Ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι, opponere, & quaſi προβάλλεσθαι.
Ἔμπροσθεν σοῦ.coram te.
Ἐμπρόσθιος.ου.ὁ.anterior.
Ἐμπροσθοκέντρος.ου.ὁ.cui eſt aculeus in ore.
Ἐμπροσθότονον.morbi genus,caput ad ſcapulas contrahens.
Ἐμπροσθουρητικά. animalia ex aduerſo mingentia.
Ἔμπτωσις.ιος.ἡ.ingreſſio,incidentia.
Ἐμπυϊκός.ῦ.ὁ.qui purulenta excreat.
Ἐμπυήματα.purulentæ excreationes.
Ἔμπυος.ου.ὁ.ſuppuratione plenus, quem ſuppuratio infeſtat, ſanioſus, hulcus.
Ἐμπυόω.μ.ώσω.π.ωκα.ſaniem genero. Neu.
Ἐμπύρευμα.ατος. τὸ.incenſio,ſuſcitabulū,ſcintilla,minimum ignis, reliquum fomētum. Bud.Com.
Ἐμπυρεία.publicum iuſiurandū,uaticinium.
Ἐμπυριβήτης.ου.ὁ.ad ignē iens, igni idoneus, præfectus igni, olla quæ igni imponitur.
Ἐμπυρίζω.μ.ίσω.π.ικα.incendo. Accuſ.
Ἐμπυρισμός, pro ἐμπρησμός.incendium.
Ἐμπυροειδής.έος.ὁ,ἡ.ignitus.
Ἔμπυρον.ου.τὸ.holocauſtum.
Ἔμπυρος.ου.ὁ.ignitus.
Ἐμπυροῦσθαι.exuri.
Ἐμπυρότατος.candent,ignitus.
Ἔμπυθος.ου.ὁ,ἡ.ſceleſtus.
Ἐμπυτιάζω.condenſo,coagulo.
Ἐμύς.teſtudo aquatica.
Ἐμφαινόμενα.quæ in ſpeculo apparent, quaſi repræſentata, ſimulata. Bud.Com.
Ἐμφαίνω.μ.ανῶ.manifeſto,refero,ſimulo,ſimilis ſum,præfero,præ me fero,repræſento, quaſi

quaſi προφαίνω. Accuſ. Bud. ibidem.

Ἐμφαλκωμένος. implexus.

Ἐμφανής. ὁ. ἡ. apertus.

Ἐμφανίζω. μ. ίσω. π. ικα. declaro, demonſtro, tacitè & clàm indico. Accuſ.

Ἐμφαντικός. ῦ. ὁ. apertus, expreſſus, euidens, ſignificans, ſignificatiuus.

Ἐμφανῶς. planè.

Ἐμφαρυγξάμενος. ὁ. qui faucibus ruminauit, qui deuorauit.

Ἔμφασις. εως. ἡ. ſuſpicio, ſignificatio, demonſtratio, κενὸν ἀπεικόνισμα, repræſentatio, inanis rei exhibitio, ſimulachrum, id eſt ὁμοίωμα, ſpecies ædita. κατὰ ἔμφασιν εἶναι, ſpeciem tantum præbere, & ſubſtantiæ ſimulachrum. Bud. Com. Eſt & ſchema, cum ſubeſt in uerbis tacita quædam ſignificantia, ueluti ſi dicas: Tu Cretenſi fidē habes? non ſignificat ſimpliciter hominē in Creta natum, ſed pro gentis illius ingenio perfidum.

Ἐμφατικώτερον. expreſſius, ſignificantius.

Ἔμφατον. τὸ. per emphaſim dictum.

Ἐμφέρεια. ας. ἡ. effigies, ſimilitudo.

Ἐμφερής. έος. ὁ, ἡ. ſimilis.

Ἐμφέρομαι. deferor.

Ἐμφθός. ῦ. ὁ. elixus.

Ἐμφιλοκαλεῖν. ſtudere honeſtati.

Ἐμφιλοχωρέω. μ. ήσω. π. ηκα. libenter moror. Neut. abſol.

Ἐμφιλοχωρῶν. amans loci ſeu regionis.

Ἔμφοβος. ο. ὁ. terrefactus.

Ἔμφορα. grex ouium.

Ἐμφορέομαι. μ. ήθομαι. π. ημαι. ſatior, impleor, χορτάζομαι, ut ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, ingurgitari obſonijs. Tranſlate pro inſolenter & immodicè uti & exercere. Plut. τῆς ἐξουσίας ἄγαν ἐμφορεῖσθαι, inſolenter exercere imperium. Item profrui in utramq; partem, ut ἀπολαύω. Bud. Com.

Ἔμφορτος. ου. ὁ, ἡ. oneratus.

Ἐμφορῶ. infligo, incutio, ἐντείνω, ut πολλὰς ἐνεφόρει τῷ προσώπῳ πληγὰς, Plutarchus. Item importo, ut ἐμφορῶ, experto. Idem ἐνταῦθα τῶν βασιλικῶν ἐνεφόρει τὰ πλεῖστα ἄξια σκευῶν. Bud. ibidem.

Ἔμφραξις. εως. ἡ. oppilatio, dolor aurium.

Ἔμφρακτος. ου. ὁ. ſeptus, munitus.

Ἐμφράττω. μ. άξω. π. αχα. oppilo, obſepio. Accuſatiuo.

Ἔμφρουρος. ου. ὁ, ἡ. cuſtoditus.

Ἔμφρων. ονος. ὁ, ἡ. prudens.

Ἐμφύλιος. ου. ὁ, ἡ. conſanguineus, inteſtinus, contribulis.

Ἐμφυτίζειν. inſerere arbores.

Ἔμφυλος. tribulis, gentilis. ἔμφυλος πόλεμος, bellum inteſtinum.

Ἔμφυμι. inhæreo.

Ἐμφύομαι. inhæreo, ingenero, inſulto.

Ἐμφύς. ύντος. ὁ. inhærens.

Ἐμφυσάω. μ. ήσω. π. ηκα. inſufflo, inſpiro. Datiuo.

Ἐμφύσημα. ατος. τὸ. inflatio, & oculorum morbus.

Ἐμφυτεῖαι. αἱ. inſitiones.

Ἐμφυτάω. μ. άσω. π. ακα. inſero. Accuſ.

Ἔμφυτος. ου. ὁ, ἡ. innatus, genitus, naturalis.

Ἐμφωλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. latito. Neut.

Ἔμφωνος. ου. ὁ, ἡ. canorus, uocalis.

Ἔμψοφον. τὸ. cum ſonitu factum.

Ἔμψυχος. ου. ὁ, ἡ. animatus, uiuus.

E N.

Ἐν. in. Cum datiuo coniungitur, & aliquando cum genitiuo Attice pro εἰς, per, inter.

Ἐν ᾅδου. apud inferos.

Ἐν αἰθρίᾳ. in aperto, ſub dio.

Ἐν ἀκαρεῖ. ſubitò, momento.

Ἐν ἀκμῇ, & ἐν ἄνθει. in ipſo ætatis flore, in robore ætatis.

Ἐν αὑτοῖς. intra ſe.

Ἐν βραχεῖ. paucis, in ſumma, modico temporis interuallo.

Ἐν γαστρὶ ἔχειν. ferre uterum, prægnantē eſſe.

Ἐν ἄνθει τῆς ὥρας. in ipſo ætatis flore.

Ἐν καιρῷ. opportunè, pro tempore.

Ἐν καλῷ. commodum. Xenoph. οὐκ ἐν καλῷ ἔφη αὐτοῖς ὁρμᾶν, Non honeſtum eſſe dicebat. Idem, οἱ μὲν οὐκ ἐν καλῷ εἶναι νομίζοντες ἐπιμαχεῖν, Incommodum exiſtimantes. Bud. Com.

Ἐν κύκλῳ. circū circa, undiq;, in uniuerſum, nullo prætermiſſo.

Ἐν χρωτί.ad cutem,ad uiuum,prope.
Ἐν μέρει.uiciſſim.
Ἐν νῷ ἔχω.recordor.
Ἐν ὀλίγῳ.ſummatim,continuò,paulo momē to,citò.
Ἐν ὀξέᾳ καιρῷ. in momento, in puncto temporis.
Ἐν ὀργῇ ἔχειν τινι. ſignificat offendiſſe aliquem, eiq; inuiſum eſſe. Grego. ὧν μὲν ἐκ πλείονος ἐν ὀργῇ τοῖς Ἀρεθουσίοις, Iam diu ipſi Arethuſij infenſi erant. Bud. Com.
Ἐν ὅσῳ.interea,diu.
Ἐν παιδί.in pueritia.
Ἐν παιδιᾷ.ioco.
Ἐν παιδοτρίβου.in ſchola.
Ἐν παραβύστῳ.in obſcuro,latenter.
Ἐν παρόδῳ.obiter,in tranſitu.
Ἓν παρ' ἕν.uiciſſim Plutarch. ἓν παρ' ἓν ἡμέραν καὶ νύκτα ποιῶν. Accipitur etiam aliter. Lucia. παρ' ἕνα χορευόντων, per manus recte ducta alternantium. Παρ' ἕνα etiam aliquando eſt uno minus. Plutarch. παρ' ἕνα τοσοῦτοι, uno dempto totidem. Οἱ καθ' ἕνα,τὸ καθ' ἕκαστον, ſinguli. Idem de uirtutibus mulierum, καθ' ἕνα τῶν γαλατῶν τῷ Ἅιδι σφαγιαζόμενον, id eſt Singulos tradebat interimēdos. Quod etiam dicitur καθ' ἕνα,& καθ' ἕν τι,ſingula.Bud.Com.
Ἐν πληγῇ.ferio.
Ἐν τάξει.loco & uice,ordine,uiciſſim.
Ἐνταῦθα.hac. Cum genitiuo, hic, nunc, ibi. Thucyd. τ ἠπείρου ἐνταῦθα ὁρμίζονται, Ad hanc continentem contendunt.
Ἐν τάχει,διὰ τάχους, διὰ τάχεως, κατὰ τάχος, idem ſignificant,primo quoq; tēpore,citò.
Ἐντεῦθεν.deinde.
Ἐν τῇ ἑαυτ.in patria ſua.
Ἐν τοῖς.inter quos. Ἐν τοῖς τότε λόγοις, hic per id temporis eloquentiſſimus.
Ἐν τοῖς μάλιστα.in primis.
Ἐν τοῖς πρότερον.in prioribus.
Ἐν τούτοις.apud hos.
Ἐν τούτῳ.inter hæc,interea,unà,interim, pariter,tum.
Ἐν τούτῳ καιρῷ.hoc tempore,tunc,dum.
Ἐν ᾧ δὴ.interea dum.
Ἐν τῷ δέοντι.opportunè,cum oportet.
Ἐν τῷ θέρει καὶ θέρους.id eſt tempore meſſis.
Ἐν τῷ μέρει.uiciſſim.
Ἐν τῷ μεταξὺ.interea.
Ἐν τῷ παραυτίκα. &
Ἐν τῷ παραχρῆμα. &
Ἐν τῷ παρόντι.nunc,in præſentiarum.
Ἐν τοσῷδε χρόνῳ.tantillo temporis, tam breui tempore.
Ἐν ὑστέρῳ.in poſterum.
Ἐν φόβῳ εἰμί.timeo.
Ἐν χρῷ.ad cutem,ad uiuum,propè. χρῷ autē pro χρωτὶ accipitur per ἀποκοπήν.
Ἐν ᾧ.in quo,quādo,dū. Aliquando pro ἀντί.
Ἕν,ἑνός.τὸ.unum.
Ἐναβρύνομαι.glorior.Depon.datiuo.
Ἐναγής.ἐος.ὁ,ἡ.execrabilis,deteſtandus,deuotus,ſacer.Bud.Com.
Ἐναγίζω.μ.ίσω.π.ικα. parento, ſacrifico, benedico,expio.ἄγος ſt τὸ μίασμα.Neu. ac.
Ἐναγίσματα.ων.τὰ.exequiæ.
Ἐναγισμός.ῦ.ὁ.religio,uictima,μιασμός.
Ἐναγκαλίζομαι.μ.ίσομαι.π.ισμαι.gero ſub brachio,inunco.Depon.accuſ.
Ἐναγκαλιζόμενος.amplexans.
Ἐναγκωνίζω.declino,inclino,cubito incūbo.
Ἔναγχος.nuper,paulo ante,modo.
Ἐναχθείς.έντος.ὁ.oppreſſus.
Ἐνάγω.μ.άξω.π.αχα.induco,incito,urgeo, adduco.ut ἐπὶ τὸν ἐπιτάζοντος,Plut.Budæus Com.
Ἐναγωγή.accuſatio.
Ἐναγώνιος.ὁ.certaminum præfectus,Mercurij nomen.
Ἐνάετος.anniculus,idem quod ἔνος. Budæus Commentarijs.
Ἐναέρια.τὰ.quæ ſunt in aëre.
Ἐναθρέω.fixis oculis intueri.
Ἔναιμα.τὰ.emplaſtra quæ cruentis uulneribus imponuntur.
Ἔναιμος.ſanguine præditus,uiuus. Herodotus, τοῖσδε θεοὶ γίνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες.
Ἐναίρω.μ.αρῶ.π.κα.occido,ſpolio,deſtruo. Accuſatiuo.
Ἐναίεσθαι.perire,ſeneſcere.

Ἐναίσιμα. τὰ. ſortilegia.
Ἐναισιμία. oſtentum, prodigium.
Ἐναίσιμος. ου. ὁ. idoneus, decens, utilis, ſuauis, uerax, ſcius officij.
Ἔνασμα. ατος. τὸ. indicium, inuſtio, ſignum.
Ἔναλκμος. ου. ὁ. robuſtus.
Ἐναλείφω. illino.
Ἐναλίγκιος. ου. ὁ. ſimilis.
Ἐνάλιος. ου. ὁ, ἡ. marinus.
Ἐναλλάγδην. uiciſſim, implicitè.
Ἐναλλαγή. ῆς. ἡ. immutatio. Bud. Com.
Ἐναλλάξ. uiciſſim, permutanter, uice uerſa, è contrario. Bud. Com.
Ἐνάλλαξις. idem quod ἐναλλαγή.
Ἐναλλάττω. μ. άξω. π. χα. immuto, τὸ μετατίθημι τὴν τάξιν ἀντιστρέφων. Accuſ. Bud. Cō.
Ἐνάλλομαι. inſilio, ἐμπίπτω, ἐμπηδάω. Depon. Bud. Com.
Ἔναλλος. ου. ὁ. uarius.
Ἐναλύω. immoror.
Ἐναμβλύνω. languidum reddo, & tardum.
Ἔναμμα. ατος. τὸ. innexio, infixio, tactus.
Ἐνανθρωπίσας. αντος. qui humanā carnem aſſumpſit.
Ἐνανθρώπησις. εως. ἡ. incarnatio hominis.
Ἐνανθρωπίζω. μ. ίσω. π. ικα. incarno. Neut.
Ἔναντι. in conſpectu.
Ἐναντία. aduerſus, contra. Datiuo.
Ἐναντίβιος. ου. ὁ. aduerſarius, contrariam habens uirtutem.
Ἐναντιόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. aduerſor, Datiuo.
Ἐναντίον. coràm, contrà.
Ἐναντιολογία. ας. ἡ. contradictio.
Ἐναντίος. ου. ὁ. contrarius.
Ἐναντιότης. ητος. ἡ. contrarietas.
Ἐναντιόφωνον. contrariæ uocis.
Ἐναντίωμα. ατος. τὸ. &
Ἐναντίωσις. εως. ἡ. contrarietas.
Ἐναπαιωρέομαι. μ. ήσομαι. π. ημ . pendeo.
Ἐνάπαλος. ου. ὁ. mollis.
Ἐναπαλοῦμαι. impenſè glorior.
Ἐναπεργάζομαι. facio, fabricor, conficio.
Ἐναπερείδομαι. firmo, innitor.
Ἐναποθακέω. μ. ήσω. π. ηκα. inſideo.
Ἐναποκάμνω. deficio.

Ἐναποκύω. μ. ήσω. π. ηκα. uicina partui ſum. Neut. abſol.
Ἐναπολαμβάνω. cohibeo. Bud. Com.
Ἐναπολείπομαι. occupor.
Ἐναποληφθεῖσα. ἡ. occupata.
Ἐναπολείψαι. reliquiæ.
Ἐναπόληψις. interclusio, cohibitio, concluſio. Bud. Com.
Ἐναπομάττειν. imprimere.
Ἐναπομόργνυμαι. detergo. Bud. Com.
Ἐναποτέω. inferuefacio.
Ἐναποπλύνω. eluo.
Ἐναποτίθεμαι. ibi depono, relinquo. Budæus Commentarijs.
Ἐναποψύχω. morior.
Ἐνάπτομαι. in manus ſumo, arripio. Budæus Commentarijs.
Ἔναρα. τὰ. arma, exuuiæ, ſpolia. ἀπὸ τοῦ αἴρειν.
Ἐναράττω. ſtrepo, ferio.
Ἐναραφόρος. ὁ. ſpolia gerens.
Ἐνάργεια. ας. ἡ. euidentia.
Ἐναργής. έος. ὁ, ἡ. manifeſtus. παρὰ τὸ ἀργὸν, τὸ λαμπρὸν καὶ φανόν.
Ἐναργῶς. expreſſè.
Ἐναρίζειν. occidere, perdere, inuidere, frui.
Ἐνάρετος. ου. ὁ, ἡ. fortis, præclarus.
Ἐναρής. inſertus, adaptatus.
Ἔναρθρος. ου. ὁ, ἡ. articulatus, perfectus.
Ἐναρεῖς. οἱ. milites, ſpoliorum detractores.
Ἐναρίζω. μ. ίσω. π. ικα. occido, armis ſpolio. Accuſ.
Ἐναριθμέω. annumero.
Ἐνάριθμος. ου. ὁ. annumeratus.
Ἐναροφόρος. ου. ὁ. ſpolia ferens, uictor.
Ἐναρκεῖ. ſufficiens uel idoneum eſt, fieri poteſt.
Ἐναρκτέαν. occidere.
Ἐναρμόζω. admoneo. Accuſ.
Ἐναρμόνιος. ου. ὁ. concinnus.
Ἔναρος. ου. ὁ. execratus, diris deuotus.
Ἐνάρφορος. bellicoſus. ἀπὸ τοῦ φέρειν τὰ ἔναρα.
Ἐνάρχομαι. auſpicor, incipio. Bud. Com.
Ἑνάς. άδος. ἡ. unitas.
Ἐνασελγαίνειν. ſcortari. Bud. Com.
Ἐνάσθην. habitaui.
Ἐνασμενίζω. libenter delector, oblectome

in re aliqua. Datiuo.

Ἐνασπιδῶμαι. armor.

Ἐναυλίζομαι. inhabito.

Ἐναστράπτω. μ. ψω. π. φα. interno ſplendore radio.

Ἐνασχολέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. occupor. Depon. Datiuo.

Ἐνατενίζω. μ. ίσω. π. ικα. intentè reſpicio. Datiuo.

Ἔναυδος. uiuus, uocalis.

Ἔναυλα. quæ ſunt in ueſtibulo, et ante oculos.

Ἐναύλισμα οἴκημα, domicilium.

Ἐναυλίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. tendo, inhabito, immoror. Depon. abſol.

Ἔναυλος. ου. ὁ. inhabitans, μυχός. Item trames, torrens, flumen per anguſtum iens, foſſa anguſta. Item inſonans. Lucia. ἡ φωνὴ τῶν ἀποθνῄσκόντων ἔναυλος ἔτι.

Ἔναυσμα. τος. τό. ἐμπύρευμα, λείψανον, fomes, fax, id eſt incitamentum. Bud. Com.

Ἐναυχάομαι. iacto, glorior, καυχάομαι.

Ἐναύω. redaccendo, accendo, ſupplico. Bud. Commentarijs.

Ἐναφίασθαι γόνον. inſtillare fœturam.

Ἐναφίημι. inſero, immitto.

Ἐνδάιος. ου. ὁ, ἡ. bellicoſus, trucidatus.

Ἐνδιαιτάομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. conuiuor. Depon.

Ἔνδακρυς. ὁ. ἡ. lacrymoſus.

Ἐνδάπιος. ου. ὁ. indigena, localis.

Ἔνδασυς ὁ. piloſus, denſus.

Ἐνδεῖ. interim, πρὸς τούτοις δὲ, ἐν αὐτοῖς δὲ.

Ἔνδεια. ίας. τό. defectus.

Ἐνδεής. έος. ὁ, ἡ. deficiens, inferior, indigens.

Ἔνδεια. ας. ἡ. indigentia, defectus.

Ἔνδειγμα. ατος. τό. oſtenſio, exemplum.

Ἐνδείκνυμαι. oſtendo, ſpecimen rei præbeo, oſtētabundè in medium prodeo, iacto me, uendito me alicui, plauſum à circumfuſa turba capto, παρενδείκνυμαι, ἐπιδείκνυμαι, Demoſth. & Plu. Eſt etiam uerbū medicorum. Galen. 9. Thera ἀλόγως δ' ἐπεὶ τὰ μὴ ἐνδείκνυται τὴν φλεβοτομίαν. id eſt indicant. Bud. Com.

Ἐνδείκνυμι. deſero, & poſtulo in iudicio, φαίνω.

Ἐνδείκτης. delator, quadruplator, ſycophan(ta

Ἐνδείνης. ου. ὁ, ἡ. grauis.

Ἔνδειξις. ιος. ἡ. demonſtratio. Item accuſatio, delatio, δίκη κατὰ τῶν τὰ δημόσια πωλούντων, φάσις. Item iactatio, uenditatio, oſtentatio. Eſt etiam indicatio rei præuertendæ medico, in primiſq́ animaduertendæ. Bud. Com.

Ἕνδεκα. undecim. οἱ ἕνδεκα, undecim uiri capitales, qui ſic erant Athenis, ut Romæ triumuiri. Bud. Com.

Ἑνδεκάκις. undecies.

Ἑνδεκανήρ. ήρος. ὁ. undeciremis.

Ἑνδεκάκλινον. τό. undeclinium.

Ἐνδελεχής. έος. ὁ, ἡ. ſimilis, perennis, continuus, perpetuus.

Ἐνδελεχία. ας. ἡ. aſſ duitas.

Ἐνδελεχισμός. οῦ. ὁ. continua mobilitas, qualis in anima cognoſcitur.

Ἐνδελεχῶς. continuò.

Ἐνδεξίως. aptè, idoneè.

Ἐνδέομαι. obligor.

Ἐνδέοντι. in tempore.

Ἔνδεσμα. ατος. τό. unculum.

Ἐνδεσμεῖν. inuoluere, illigare.

Ἐνδεχνής. ſimilis, ἐμφερὴς, ὅμοιος.

Ἐνδέχομαι. libēns admitto, προσλαμβάνω, ἀποδέχομαι, πείθομαι. Ἐνδέχομαι τὴν αἰτίαν τούτου, ἀντὶ τοῦ ἀναδέχομαι, recipio me in crimen, & culpam præſtare uolo. Demoſth. πάντα γ' ἐνδέξατο ἐφ' ἑαυτὸν τὰ προειρημένα, Omnia in ſe recepit, ſeſe reum omnium fecit. Et ἐνδέχεται imperſonaliter, capit, licet, facultas eſt, poſſibile eſt, probabile eſt, defendi poteſt, uſu uenit. Bud. Com.

Ἐνδεχόμενον. ου. τό. poſſibile, contingens. κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, quatenus fieri licuit. Antiphon. τοῖς ἐνδεχομένοις τιμωρίαις ἐκόλασεν, ijs ſupplicijs affecerunt, quorum res ipſa facultatem eis dedit. Iungitur etiam cum ſuperlatiuo. Ariſtot. ἕνεκεν τοῦ ζῆν τοῦ ἐνδεχομένως ἄριστα, Quàm fieri poteſt optimè, quàm humana natura capit optime. Quid autem τὸ ἐνδεχόμενον differt τοῦ δυνατοῦ, uide Bud. Com.

Ἐνδεῶς ἔχω. indigeo, ἐλλείπομαι.

Ἐνδεῶς πράττων. ſenuiter agens, pauper.

Ἔνδηλος.

Ἔνδηλος, ὁ. manifeſtus.
Ἐνδημέω, μ. ήσω. π. ηκα. præſens ſum, domi (ago.
Ἐνδημία. præſentia.
Ἔνδημος, ὁ, ἡ. publicus. Vnde ἔνδημοι ἀρχαί, tribuni plebis.
Ἔνδια, ας, ἡ. dolor, meridiatio.
Ἐνδιάζω, μ. άσω. π. ακα. ſum tranquillus, dormio in meridie. Neutr. abſol.
Ἐνδιάθετος, ου, ὁ, ἡ. internus, intrinſecus, animoſus, in animo ſitus.
Ἐνδιαθρύπτειν. ludibrium, & delicias facere.
Ἐνδίαιον. ου, ὁ. foramen in naui per quod aqua emittitur.
Ἐνδιαιτάομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. ἐνδιατρίβω, inſum, inhabito. Depon. abſol.
Ἐνδιαίτημα, ατος, τό. domus uoluptuaria.
Ἐνδιαλλάττω. immuto, Ariſtot. Bud. Com.
Ἐνδιάω. τὸ ἐνδιαιτάομαι. meridior, μεσημβριάζω. (uo.
Ἐνδιατρίβω. uerſor, locum frequento. Dati
Ἐνδιδόω. μ. όσω. π. οκα. conſentio, indulgeo. Accuſ.
Ἐνδιδύσκω. induo.
Ἐνδίδωμι. μ. όσω. π. οκα. do tergum, remitto, concedo, inclino, mollifico, intus do, dedo. Accuſ.
Ἐνδίκως. ἐνδίκως, iure.
Ἔνδικος, ου, ὁ. iuſtus.
Ἔνδινα, τά. quaſi ἔνδον τῶν ἰνῶν ὄντα, inteſtina, quòd illinc ſint tormina uentris.
Ἔνδιος, ου, ὁ. humidus, meridianus.
Ἐνδίφρος, ου, ὁ. conſeſſor.
Ἐνδόθεν. intus, ex adyto.
Ἐνδοῖ, pro ἔνδον. intus.
Ἐνδοιάζω. μ. άσω. π. ακα. dubito.
Ἐνδοιαστὰς, ῆρος, ὁ. cunctatus, dubius.
Ἐνδοίαστος. dubius.
Ἐνδόμυχος, ου, ὁ. tectus, abditus, intus latens.
Ἐνδομυχῶ. intus lateo. Vnde ἐνδομυχῶν κακόν, cæcum malum. Bud. Com.
Ἐνδόσθια. τά. inteſtina, uiſcera.
Ἔνδον. intus. uide ἔσω.
Ἔνδοξον, τό. gloria, fama, honeſtum.
Ἔνδοξος, ου, ὁ. glorioſus, ἔνδοξος. Item δοξαστὸς, opinabilis. Bud. Com.
Ἐνδοξότατα. glorioſiſsimè.

Ἐνδόξως. honorifice.
Ἐνδόσιμον. ου. τό. anſa, τὸ ἀρχὴ καὶ κινήσεως αἴτιον. Eſt (inquit Bud. Com.) auſpicatus rhythmi, uel melodiæ, & præſcriptum quod datur ab ipſo chorodidaſcalo, cui accinere chorum oportebat: quo ædito, quoniam chorus incitabatur ad cantum, ideo factum, ut pro inuitamento & occaſione data ponatur.
Ἔνδοσις, εως, ἡ. remiſsio.
Ἐνδότατος, ου, ὁ. intimus.
Ἐνδοτέρω. interius.
Ἐνδρομὴ, ῆς. ἡ. certamen eſt, de quo Plutarchus de Muſica.
Ἐνδρομίδες, ῶν. uincula.
Ἐνδρομίς. ίδος. ἡ. calciamenti genus, quo utebantur curſores in certamine, & ueſtis genus uilloſæ & hirſutæ, cuius meminit Martial.
Ἐνδρόνη. ἡ. genus ſaltationis.
Ἔνδροσος, ου, ὁ. roſcidus.
Ἔνδρυος, ου, ὁ. temo, medium cor arboris.
Ἐνδυασμός. dubitatio.
Ἐνδυκές. τό. quod multo labore iucundum efficitur, diligens, tutum.
Ἐνδυκέως. accuratè.
Ἐνδύκιον. τό. gratum, tutum, fidele, ſimile.
Ἔνδυμα, ατος, τό. indumentum.
Ἐνδυμάτια. τά. leges muſicæ ſunt Argis, ſiue Argolica celebritas, & ſaltatio.
Ἐνδυναμόω. confirmo.
Ἐνδυνέουσι. induunt.
Ἐνδύομαι. ingredior. Plutarchus, ὡς κιβώτιον ἐνδυόμενος. Et Ariſtoteles de Animal. 1. ὡς τὸ τυχὸν ἐνδύεσθαι σῶμα. In quo ſignificatu cum datiuo coniunxit Xenoph. Plato pro ſubire dixit cum accuſ. Et ἐνδύεσθαι ἑαυτὸν, pro induere ſe laqueis, uel retibus dixit Xenoph. Bud. Com.
Ἔνδυσις. ἡ. ingreſſus.
Ἐνδύως. celeriter, Menandro.
Ἐνδύω. μ. ύσω. π. υκα. induo. Accuſ.
Ἔνδωρος. crudus, intemperans.
Ἐνεάζω. in uere ago.
Ἐνεγγύς. propè.
Ἐνέγκω. fero, φέρω, κομίζω. ἡ ἐνεγκεῖν πα

tria, ἡ πατρὶς, ἢ ἡ μήτηρ. Bud. Com.

Ἐνέδρα. ας. ἡ. *inſidiæ.*

Ἐνεδρεύω. μ. εύσω. π. ευκα. *inſidior. Neut. dat.*

Ἐνηής. έος. ὁ, ἡ. *mitis, ſuauis, beneuolus.*

Ἐνείκω, pro ἐνέγκω Ionicè. *fero.*

Ἐνειλέω. μ. ήσω. π. ηκα. *inuoluo.* Et paſſiue ἐνειλοῦμαι. *uerſor, inuoluor.* Plutarch. de cæde Cæſ. ἀνειλούμενος ὥσπερ θηρίον ἐνειλεῖτο ταῖς πάντων χερσίν. Bud. Com.

Ἐνείλημα, & ἐνείλημμα. ατος. τὸ. *uolumen,*

Ἔνειμεν. *aſſiſtimus.*

Ἔνειμι. *inſum.*

Ἐνεός. *mitis.*

Ἐνεπῆ. *minæ.*

Ἐνείργω *prohibeo.*

Ἐνείρω. *infibulo, traijcio,* ἐμπερονῶ, *inſero, apto.* Budæus Commentarijs.

Ἕνεκα, & ἕνεκεν. *propter.* Genitiuo. τὸ οὗ ἕνεκα finem ſignificat, hoc eſt actũ. Aliquãdo ſubauditur, ut τῆς ἀρετῆς, ἀντὶ τοῦ ἕνεκα τῆς ἀρετῆς. Sed εἵνεκα, εἵνεκεν, καὶ οὕνεκα apud poëtas in uſu ſunt. Bud. Com.

Ἐνενείκωσι. *alligauit, fibula annexuit.*

Ἐνέκυρσαν. *offendunt. Datiuo.*

Ἐνελός. *hinnulus.*

Ἔνεμα Æginetæ ab ἐνίημι, ut ἔνθεμα, id quod immittitur, ut ἔγχυσμα, id eſt quod infunditur per inferna in aluum. Id etiam τὸ ἐνιέμενον dicitur. Celſ. & Plin. infuſum uocant.

Ἐνεός. *mutus, ſtultus, ſurdus.*

Ἐνεπισκήψασθαι dicebantur creditores, qui publicatis bonis cuiuſpiam, experiebantur contra populum ut hodie contra fiſcum, actione pignoratitia in pignora incumbentes. Budæus Commentarijs.

Ἐνέπω, uel poëtice ἐννέπω. *dico, narro.*

Ἔνερα. *exuuiæ, ſpolia.*

Ἐνεργάζομαι. *operor.*

Ἐνεργὰ χρήματα. quæſtuoſæ fœnuſq; penſitantes pecuniæ. Latinè dicitur pecunia fœnore occupata. Contraria autem ſunt ἀργὰ χρήματα. Budæus Commentarijs.

Ἐνέργεια. ας. ἡ. *actus, actio, efficacia.*

Ἐνεργέω. μ. ήσω. π. ηκα. *ago, operor.*

Ἐνέργημα. τὸ. *effectus.*

Ἐνεργής. έος. ὁ, ἡ. *cultus, efficax, operoſus, adiutor.*

Ἐνεργητικός. ῆ. ὁ. *actiuus, efficax.*

Ἐνεργής. ἡ. ὡς γλωττὸς κάθισις τῶν χαρῶν.

Ἐνεργμός, ſiue ἔνεξις. *pulſus citharæ, aut clauus in medio citharæ, unde chorda alligatur.*

Ἐνεργός. ὁ. ἡ. *laboratus, cultus, ſtrenuus.*

Ἐνεργούμενοι. *obſeſſi à dæmonibus.*

Ἐνερείδω. *inhæreo.*

Ἐνερευθής. έος. ὁ, ἡ. *rubens.*

Ἔνερθε. *infra.*

Ἔνερος, ου. *inferus, mortuus, quaſi ἐν ἔρᾳ, id eſt in terra poſitus.*

Ἐνερόχρωτες. *habentes colorem qualem mortui obtinent.*

Ἔνερσις. *coaptatio, combinatio.*

Ἐνέρτερος. *inferior, demiſſior.*

Ἐνεσία. ας. ἡ. *iuſſus, immiſſio, conſilium, uoluntas.*

Ἐνεσκιρῶσθαι. *incruſtari, ſordidari.*

Ἐνέστι. *obſtat, opus eſt.*

Ἐνέσταχται. *inſtillatum eſt, Odyſſ. β.*

Ἐνέστη. *obſiſtebat.*

Ἐνέστηκε πόλεμος. *commiſſum eſt bellum,* Demoſthenes & Iſocrates. Et ἐνεστηκότα πόλεμον dicunt pro nondum finito, & adhuc uigente, duranteq;. Ἐνεστηκυῖα δίκη, *lis conteſtata.* Bud. Com.

Ἔνεστιν. τὸ ἔξεστιν, *eſt, licet, ineſt.*

Ἐνέσιος. ου. ὁ, ἡ. *domeſticus.*

Ἐνεστώς. ῶτος. ὁ. *præſens.*

Ἐνέτη. ης. ἡ. *fibula, ab immittendo.*

Ἐνετία. ας. ἡ. *Venetia.*

Ἐνετός. ῦ. ὁ. *Venetus.*

Ἔνευ. *acclamatio quædam.*

Ἐνευδαιμονέω. *fœlix uiuo, fœlixq; morior.*

Ἐνευδοκιμέω. τὸ εὐδοκιμῶ ἔν τισιν πράγμασι. Budæus Commentarijs.

Ἔνευνος, & ἐνεύναιος. *in lecto poſitus.*

Ἐνευτυχῶ. *in re quapiam fœliciter ago & uiuo.* Budæus Commentarijs.

Ἐνευωχεῖσθαι. *conuiuari, conuiuijs indulgere.* Budæus Commentarijs.

Ἐνέφηνε. *oſtendit.*

Ἐνέχομαι. μ. ἕξομαι. *reus uel obnoxius fio.*

adducor, rem habeo. Vnde ἐνεχόμενος τοῖς μιάσμασι, qui piaculum admiſit in deum, ἀλιτήριος, ἀνόσιος. Et ἐνεχόμενος τῇ ἀρᾷ, diris imprecationibus deuotus, deteſtandus. Bud. Com.

Ἐνεχρέμπτετο. ſcreabat, Lucianus in Gallo.

Ἐνεχυράζειν. pignora capere.

Ἐνεχυράζομαι. mea pignora capiuntur. Et actiue, pignora capio. Bud. Com.

Ἐνεχύρασμα. ατος. τὸ. oppignoratio.

Ἐνεχυριάζω. μ. άσω. π. ακα. alieno, ἐνεχυράζω.

Ἐνεχυριασμός. ου. ὁ. redemptio pro uita propria, uel pignore.

Ἐνέχυρον. ου. τὸ. pignus, arrabo.

Ἐνέχω. inſiſto, adduco, inſidior, ſimul ligo, tenax ſum iniuriarum, miſceo, infundo.

Ἐνζευγνύω. μ. ζεύξω. π. ευχα. iungo.

Ἕνη Atticè triceſimus dies menſis, dicitur etiam νέα. Budæus Commentarijs.

Ἐνηβητήρια. τὰ. ἐννυχητήρια, domus ad quã uoluptatis cauſa diuertitur, cœnaculum, Herod.

Ἐνήεια. ας. ἡ. manſuetudo.

Ἐνηής. έος. ὁ. ἡ. ἐνηής, prudens, mitis.

Ἐνηλόμενος. moratus, inceſſens.

Ἐνῆκα. inſerui.

Ἐνήλατα. τὰ. claui rotam in axe continentes.

Ἐνηλλαγμένως. uiciſsim, ordine commutato.

Ἐνήλλακτος. ου. ὁ. conciliatus.

Ἐνήλικος. ου. ὁ. pubeſcens.

Ἐνηλύσιος. attonitus, fulmine ictus.

Ἐνῆμαι. inſideo.

Ἐννῆμαρ. nouem dies.

Ἐνημμένος. ου. ὁ. indutus, ab ἐνάπτομαι, ut ἐνημμένος διφθέραν, Ariſtoph. & Lucianus. Item accenſus, ardens. Ariſtoph. ἡ χίζα γῦρ ἐνημμένη. Budæus Comment.

Ἐνήνθα, per metatheſin ab ἀνθέω, florui.

Ἐνήνεον. accumulabant.

Ἐνήνοχα, præt. perf. à φέρω. tuli.

Ἐνήρης. εος. ἡ. nauis inſtructa, & parata in aqua, Plut. in Ant. de qua Bayf. de re Nau.

Ἐνησελγημένα. contumeliæ.

Ἐνήτριος χιτὼν. ueſtis ſubtilis.

Ἔνηφι εἰς τρίτην, in perendium, in nouilunium. Heſiodus, μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔνηφιν.

Ἔνθα. ubi, illuc, tunc, quando.

Ἐνθάδε. hic, huc.

Ἐνθαλάμια. τὰ. placentæ è papauere, & ſeſamo.

Ἐνθαλύξας. ualde percutiens.

Ἐνθάπτω. μ. άψω. π. αφα. ſepelio.

Ἐνθεάζω. numine afflor, fanaticus ſum.

Ἐνθεαστικός. οῦ. ὁ. numine afflatus, fanaticus.

Ἔνθεμα. dicitur quod inditum eſt, & inſertum. Vnde pro ſurculo ponitur, qui in fiſſuram trunci mergitur.

Ἐνθέμιον. ου. τὸ. interior pars puppis.

Ἔνθεν. hinc.

Ἐνθένδε. hinc, illinc.

Ἔνθεος. ου. ὁ, ἡ. diuinus, numine afflatus.

Ἐνθερίζω. æſtiuo, per æſtatem moror.

Ἔνθεσις. εως. ἡ. interpoſitio. Item ἡ φορὰ Atticis. Significat etiam fruſtum in os inditũ, id eſt ψωμὸν, & μάσημα, quod pueris à nutricibus datur, hoc eſt manſum, ut Cicero uocat, & quaſi turundam, Athenæo, & Lucia. Budæus Commentarijs.

Ἔνθεσμος. ὁ. legitimus.

Ἐνθέσμως. legitimè.

Ἐνθηλυπαθέω. μ. ήσω. π. ηκα. muliebri libidine tabeſco.

Ἔνθηρα νῆσος. inſula in qua uerſantur feræ.

Ἐνθλίβω. opprimo, infringo.

Ἐνθορεῖν. inſilire, impetum facere.

Ἔνθους. numine afflatus.

Ἐνθουσιάζω. μ. άσω. π. ακα. afflor numine, inſanio, furo, numine ducor, bacchor. Neutr.

Ἐνθουσιασμός. οῦ. ὁ. furor, id eſt afflatio numinis. Cæl. libro 9. capite 26. & 29.

Ἐνθουσιάω. μ. ήσω. π. ηκα. ἐνθουσιάζω, inſanio.

Ἐνθουσικόν. τὸ. enthuſicon herba.

Ἐνθουσιώδης. εος. ὁ, ἡ. inſtinctus.

Ἐνθροπαλιζόμενος. referens pedem.

Ἔνθρυπτον. τὸ. intritum, placenta. Apollo etiã apud Athenienſeis ἔνθρυπτος dictus eſt.

Ἐνθυμέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. animaduerto, conſydero, cogito, reminiſcor, in animo habeo. Depon. accuſ.

Ἐνθύμημα. ατος. τὸ. cogitatio, inuentum, commentum, commentatio, conceptus animi, hoc eſt ſenſus, & ſenſum. Eſt aũt argu-

mentum, & ſententia oratoria.

Ἐνθυμηματικός. *acer in argumentationibus, & argutus orator.*

Ἐνθυμηματώδεις. οἱ. *cõmentationibus pleni.*

Ἐνθυμημάτιον. *commentatiuncula.*

Ἐνθύμησις. ιος. ἡ. *cogitatio.*

Ἐνθυμιάζομαι. ἐνθυμέομαι.

Ἐνθύμιον. κ. τό. *cogitatio, cautè excogitatum, aſtutia, res quæ animo uerſatur, quod religionem in animo ciet.*

Ἐνθύμιος. προστρόπαιος.

Ἐνθύμιστος. *ſuſpectus.*

Ἐνθύμισος. κ. ὁ. *iratus.*

Ἔνθυμος. ὁ. θυμώδης.

Ἐνθέσιον. *pars quædam nauis.*

Ἐνθακέω. μ. ήσω. π. ηκα. *ſedeo, latito. Neu.*

Ἔνι. *licet, contingit,* ἔστιν, ἔνεστι.

Ἐνί. *pro* ἐν, *id eſt in.*

Ἑνί. *uni.* ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν. *ut uno uerbo abſoluam.*

Ἐνιαῖος. κ. ὁ. *aliquis.*

Ἐνιαυσιαῖος. ο. ὁ. &

Ἐνιαύσιος. ου. ὁ. *anniculus, anniuerſarius, annuus.*

Ἐνιαύσιοι. οἱ. *annales.*

Ἐνιαυτίζω. *annum alicubi ago.*

Ἐνιαυτός. ȣ. ὁ. *annus.* παρ᾽ ἐνιαυτόν, *alternis annis,* παρὰ μῆνα. *Bud. Com.*

Ἐνιαυτοφορεῖν. *fructum annuum ferre.*

Ἐνιαύω. *immoror.*

Ἐνιαχῇ, καὶ ἐνιαχοῦ. *alicubi.*

Ἐνίγυος. *uno membro uel pede, mancus, claudus.*

Ἐνιδρόω. μ. ώσω. π. ωκα. *inſudo. Datiuo.*

Ἐνιδρύω. καθίζω, *inſideo, priuo.*

Ἐνίεω. μ. ήσω. π. ηκα *immitto. Accuſ.*

Ἐνιζάνω. *inſideo. Neut. datiuo.*

Ἑνίζω. *unitatem pono.*

Ἐνίηλος. *ſtultus.*

Ἐνίημι. μ. ήσω. π. ἧκα. *immitto.,* τὸ ἐμβάλλω. *Item infundo. Celſ. lib. 2. Id quod infunditur, neq; frigidum eſſe oportet, neq; calidum, ne alterutro modo lædat cum infuſum eſt.* *Eſt etiam* τὸ ἐμποιῶ καὶ ἐντίκτω. *Syneſ.* ταῦτα θέλγητρον ἐνιᾶσι ἐν ἀναγινώσκουσι, *Hæc illecebram infigunt lectoribus, intusq; relinquunt. Bud. Com.*

Ἐνικλάω. μ. άσω. π. ακα. *infringo, impedio, reclamo. Accuſ. Bud. Com.*

Ἔνικμος. κ. ὁ. *humectus.* Ἔνικμα, τὰ χείλη τῶν ποταμῶν, *quæ & ἄνδηρα dicuntur.*

Ἑνικός. ȣ. ὁ. *ſingularis.*

Ἐνίλλω. *geſticulor, irrideo.*

Ἐνιλλώπτω. *ſtrabè intueor.*

Ἔνιος. ο. ὁ. *aliquis.*

Ἐνίοτε. *interdum.*

Ἐνιπή. *minæ, reprehenſio.*

Ἐνίπλειος, ο. ὁ. *plenus.*

Ἐνιπλήσσω. μ. ήξω. π. ηχα. *cum ſtupore inijcio.*

Ἐνίπου. *alicubi.*

Ἐνιππάζομαι. &

Ἐνιππεύω. *equito.*

Ἐνιπτάπτω. *increpo.*

Ἐνιπτή. ῆς. ἡ. *increpatio mordax, minæ.*

Ἐνιπτάζω. τὸ ἐνίπτω.

Ἐνίπτω. μ. ίψω. π. ιφα. *noceo, mitto.*

Ἐνίπτω. *increpo, cum iniuria aliquid dico.*

Ἐνισάζω. *exæquo.*

Ἐνίσπω. *dico, reprehendo.*

Ἐνισσέμεν. *minari, terreri.*

Ἐνίσταμαι. μ. ἐνστήσομαι. *propono dicturus. Item inſtituo quiduis uel incepto. Galenus,* ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμεθα μεταβολῆν. *Plutarchus in Cæſ.* ὁρῶν τὴν ἀρχὴν ἐν ἐνίστασθαι. *Item incipio, id eſt ineo. Theophraſt. 9.* θέρους ἐνισταμένου, *æſtate ineunte.* *Et repugno, obſiſto, renitor,* ἀνθίσταμαι. *Plato in Phædro,* ἀλλ᾽ ἔτι ἐνέστηκεν ὃ νῦν δὴ εἴρηκας, *Sed adhuc controuerſum manet. Plutarch. in Demet.* ἐν ἐνίστη πάλιν ἀπαιτεῖν μάχεσθαι καθ᾽ αὐτόν. *Item intercedo, ut* ἐνίστασθαι τῷ νόμῳ, *Plutarch. Item immineo, inſto,* ἐφεδρεύω, *obſeruo, & quaſi capto. Plutarchus,* ὃν ἐνεστήκει τῇ φυγῇ αὐτοῦ ἀπεστάλκει, *Quem ob id miſerat, ut immineret eius fugæ. Bud. Com.*

Ἐνίστημι. μ. ἐνστήσω. π. ἐνέστηκα. *inſto, ſicut* ἐνίσταμαι. *Interdum colloco. Xenoph.* ἐν τοῖς τὸν ἵππον καὶ ψέλιον ἐνιστάναι. *Interdũ interſero, allego, interpono. Xenoph.* ἂν τοὺς ἱππολόχους εἰς τοὺς ἱππέας ἐνιστῇς, *Si equiſones inter equites inſeras. Aliquando*

animo

animo incumbo. Ariſtot. ὕστερον δ' ἐνιστάντας δεῖ διορίσαι. Budæus ibidem.

Ἐνισχύω. μ. ύσω. π. υκα. inualeſco, cõforto. Ac.

Ἐνίσχομαι. ἀνθίσταμαι, id eſt reſiſto, reſtito, progredi nequeo, & in curſu hæreo. Plutarchus, κραδαινόμενος τὸ σῶμα, καὶ τὴν φωνὴν ἐνισχόμενος, Corpore præ metu uibrante, & uoce interrupta. Quint. inſiſtere uocat, & offenſare, & ſingultantium more uerba conciſa eijcere. Cicero, Sæpe accidit, ut aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedendum. Bud. Com.

Ἐνισχνείζομαι. τὸ πιστόω. Bud. Com.

Ἐνίσχω. habeo, teneo, remoror. Accu.

Ἐγκάθετοι. inſidiatores.

Ἐγκαταπάσσω. inſpergo.

Ἐγκλείω. includo.

Ἐγκομβόω. uincio.

Ἔγκτητος. nactus.

Ἐγκρασίχολοι. iracundi, ὀξύχολοι, qui bilem in capite gerunt.

Ἐνλάπομαι. deficio.

Ἐνλιμενίζειν. uectigal in littore dare.

Ἐνλινδῶμαι. τὸ ἀλινδῶμαι. Bud. Com.

Ἐνλόβια. inaures.

Ἐνναετής. έος. ὁ. nouennis.

Ἐνναίτης. habitator.

Ἐνναίω. inhabito. Accuſ.

Ἐννακόσιοι. noningenti.

Ἔννατος. α. nouem.

Ἐννέα. nouem, interdum pro numero incertæ multitudinis.

Ἐννεάζω. adoleſco, adoleſcentiam tero in aliquo ſtudio.

Ἐννεάκρουνος. proprium fontis Athenis, indito nomine à nouem fiſtulis fundentibus aquam. Ab alijs δωδεκάκρουνος appellatur, ab alijs καλλιρόη.

Ἐννεάμυκλος. robuſtus, nouem annorum.

Ἐννεασμός. illuſio, fraus, dolus.

Ἐννεάφωνος. ου. ὁ. habens nouem uoces.

Ἐννεάχιλοι. nouem milia.

Ἐννέμομαι. paſcor.

Ἐννενόηκασι. nouerunt.

Ἐννεός. οῦ. ὁ. mutus, fatuus, ſtupefactus.

Ἐννεοθρεπτής. ab adoleſcente enutritus.

Ἐννέπω, pro ἐνέπω. dico.

Ἐννεσία pro ἐννοσία. conſilium.

Ἐννέωρος. ου. ὁ. nouennis, natus annis nouem.

Ἐννεὸς. ου. ὁ. mutus.

Ἐννῆμαρ. nouem diebus.

Ἐννηός. prudens, uerus, bonus.

Ἔννιον. τὸ. pars remi.

Ἐννόδιον. anchoræ iactus.

Ἐννοέομαι. &

Ἐννοέω. μ. ήσω. π. ηκα. cogito, cognoſco, recordor, conſydero, intelligo, agnoſco. Accuſ.

Ἐννόημα. τὸ. ἐνθύμημα, notio, mentis conceptus, Ariſtot. Bud. Com. (tia.

Ἔννοια. ας. ἡ. cogitatio, intelligentia, uel noti

Ἔννομος. ου. ὁ, ἡ. legitimus.

Ἔννοος. ου. ὁ, ἡ. ſapiens.

Ἔννος. ου. ὁ. annus, uetus.

Ἐννοσία. ἡ. inertia.

Ἐννοσίγαιος. ἐνοσίγαιος.

Ἔννους. ὁ. ἁπλῶς ἔχων νοῦν. ut ἔμφρων, mentis compos. Vtuntur & ἐπὶ συνετοῦ. Plutarchus, τότε δ' ἔννους γενόμενος, Tunc ad mentem, & ad ſe reuerſus, hoc eſt animi compos factus. Bud. Com.

Ἐννοῦς. ἡ. prudens.

Ἐννουτίθημι. doceo, moneo, caſtigo, quaſi mentem impono.

Ἐννυός. οῦ. ἡ. nurus.

Ἔννυτο. induit, ἐνεδύετο.

Ἐννύχιος. ου. ὁ, nocturnus.

Ἔννυχον. ου. τὸ. crepuſculum.

Ἐννυχέστερον. magis de nocte.

Ἐννυώ. dea bellica, & Iunonis epitheton.

Ἔνναθρος. ου. ὁ. ueterno laborans, torpens.

Ἐνοδία. ας. ἡ. Diana, aut Hecate.

Ἐνόδια. caſſes.

Ἐνόδιος. ου. ὁ, ἡ. in uia poſitus.

Ἐνοικέω. μ. ήσω. π. ηκα. inhabito. Accuſ.

Ἐνοίκησις. εως. ἡ. inhabitatio.

Ἐνοίκιον. ου. τὸ. pecunia quæ pro inhabitatione domus penditur, precium conductæ domus.

Ἔνοικος. ου. ὁ, ἡ. incola, inquilinus, qui in alienæ et conducta domo habitat, domeſticus, domi exiſtens, amicus, neceſſarius.

Ἐνοικουρέω. inhabito.

Ἐνολισθαίνω.laboro.

Ἔνομφ☉.ὁ.diuinus uates,Apollo.

Ἐνομιλέω.conuerſor.Actiu.datiuo.

Ἐνόν.cum liceat,pro δυνατὸν.Bud.Com.

Ἐνοπὴ.ῆς.ἡ.uox,clamor.

Ἐνόπλιον.carminis ſpecies, conſtans duo=bus dactylis, ſpondeo, & rurſus dactylis duobus.

Ἐνόπλιος.ο ὁ,ἡ.&

Ἔνοπλ☉.ου.armatus,armiger.

Ἐνοπτρίζω.illumino quaſi ſpeculi more.

Ἐνόρκιος λόγ☉.ſermo iureiurando affir=matus.

Ἔνορκ☉.ου.ὁ.iuſiurandum, res iurata, qui comprehenſus eſt in fœdere.

Ἐνόρκως.iureiurando.

Ἐνορμίζω.applico.Bud.Com.

Ἐνορούω.irruo.

Ἐνόρχης.ου.ὁ.unicum habens teſticulum.

Ἐνόρχης.ου.ὁ.&

Ἔνορχος.ο.ὁ.mas,teſticulatus.

Ἐνόρω.incido,impello.

Ἑνός.τοῦ.unius.

Ἐνοσίγαιος.ο.ὁ.Neptuni epith.ab ἔνοσις τὸ κί=νησις,& γαῖα,quòd terram quatiat.

Ἔνος.tempus,annus,annuus.

Ἔνοσις.ιος.ἡ.concuſsio.

Ἐνοσίφυλλος.folia mouens.

Ἐνοσίχθων.ονος.ὁ.Neptunus,ἐνοσίγαι☉.

Ἕως.dum.

Ἑνόωρα.τὰ.una hora digna.

Ἔνουλον.τὸ.gingiua,caro interior.

Ἐνουρήθρα.urinale,Pollux,& Bayf.de Vaſc.

Ἐνούσιος.ſubſtantialis,cum omnibus ſubſtã=tiæ proprijs conſiſtens,innatus, diues.

Ἐνοφθαλμισμός.οῦ.ὁ.inoculatio,ſkama.

Ἐνοχή.ῆς.ἡ.obligatio.

Ἐνόχιον.ου.τὸ.pretium penſionis.

Ἐνοχλέω.μ.ήσω.π.ηκα.turbo,fatigo,moleſtus ſum,conuicior.Actiu.datiuo & accuſ.

Ἐνόχλησις.ιος.ἡ.importunitas.

Ἔνοχ☉.ου.ὁ.obnoxius,reus.

Ἑνόω.μ.ώσω.π.ωκα.unio.Accuſ.

Ἐνόω.μ.ώσω.π.ωκα.quatio.Accuſ.

Ἐνπνίγω.μ.ίξω.π.ιχα.ſuffoco.

Ἐνράπτω.μ.άψω.π.αφα.inſuo,includo.

Ἐνρυθμικὰ.τὰ.quæ ratione certa ordinem ſeruant.M.Capella.

Ἐνσείω.μ.είσω.π.εικα.traho.Accuſ.

Ἐνσημαίνομαι.ſignifico.

Ἐνσημαίνω.inſignio,ſignifico,& intelligen=dũ præbeo,exprimo legendo uel dicendo.

Ἐνσκευάζομαι.compilo,interuerto,καθοπλί=ζομαι,Plutarchus de Sylla.

Ἐνσκευάζω.μ.άσω.π.ακα.inſimulo,orno,ad=orno,induo,exorno.Accuſ.

Ἐνσκήπτω.μ.ήψω.π.ηφα.irruo,infringo,in=uado,innitor,aggrauo,imprecor,Herod. Thal. Interdum pro immitto. Idem lib.α. καὶ δεῖσι τούτων ἐγγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλεαν νοῦσον.

Ἐνσκιατραφέμενοι.οἱ.delicijs & umbratili ui=te coaliti.

Ἐνσκίμπτω.μ.ίμψω.π.ιμφα.infigo.

Ἐνσκυρωθείς.induratus,infixus.

Ἐνσκυλεῖν.laniare,diſpergere.

Ἔνσπερμος.ου.ὁ.copioſus ſemine.

Ἔνσπονδ☉.ου.ὁ,ἡ.ſocius in bello,confœ=deratus.

Ἐνστάζω.μ.άξω.π.αχα.&

Ἐνσταλάζω.inſtillo.

Ἐνστὰς πόλεμος,inſtitutum bellum,conflatũ.

